





Ld 4.28





CICERONIS

2
PRINCEPS,

RATIONES, ET
CONSILIA BENE
gerendi, firmandiq; imperij:
exijs repetita, quæ ex Cice-
ronianis defluxere fontibus,
in libros XVI. de Statu re-
rum Rom.: qui nondum lu-
cem acceperunt.



PARISIIS,

Apud CAROLVM CHAPPELAIN,
via Amygdalina sub signo
Beatæ Mariæ.

CIO. IOC IIX.



AD

SA

P

R

S



niffi

xi fu

dign

fi, n

reg

obl





AD INCLITVM,
SERENISSIMVMQ;
Principem HEN-
RICVM, Principem
Scotia, & Vvallia.



Vi clauum
imperij te-
nuere (Prin-
ceps Sere-
nissime) rem comple-
xi fuissent grauem, se
dignā, multis vtilem:
si, non acta modò, vt
reges Persarum, sed
obseruata in vsu & ra-
ã ij

tione imperandi, naturaque populi, & à
successoribus tenenda, scriptis tradidissent.
Nam, quæ præclare gerunt Imperantes, aut
putantur vnius: quæ
vsu, tractadòq; percepta
scribunt, & adornant
monitis, vtilitatē
habent permanentem,
& plenam auctoritatis.
Sed qui hæc præstiterit,
in annalium monumentis
quæro, non inuenio principē.
Augustum video Cæsarem
libellū sua scripsisse
manu de viribus,

atque
rij: e
ligul
Duc
rarij
se:
mon
lio i
nūc
hab
te p
ber
ne f
te r
filio
ijs,
elab
guf
cess



na-
x à
en.
nt.
ge-
eui
uæ
ce-
or-
atē
em,
ia-
ræ-
um
ro,
pē.
æ-
cri-
us,
atque opibus Impe-
rij: eius exemplo Ca-
ligulam, & Cosmum
Ducem Hetrutriae æ-
rarij tabulas confecif-
se: Caroli quinti ad-
monitionē factam fi-
lio in regnorum re-
nūciatione celebrem
haberi: plures in mor-
te præcepta dediffe li-
beris. At qui valetudi-
ne firma, ætate floren-
te regnandi præscripta
filio tradiderit, aut in
ijs, quæ desideramus,
elaborarit, si ab Au-
gusto Parente tuo dif-
cesserimus, habemus
ā iij



neminem. Hæc singularia suspicimus; illa omiſſa dolenter ferimus: & ſimul querimur nulla extare de rep. & Imperio ſcripta veterum, qui publica tractarunt gubernacula, præter quædam vagè ſparſa in Cicerone: quæ ne inhonorata mancant, & depreſſa mole eius operum, ſe efferunt: & velut animalæ relictis corporibus in lucem excedunt: ad tuam feſtinant, ductu principis, qui ijs, quaſi manipularibus

diſſi
xxi
to
vt
re
no
te
qu



dispositis sub signis
XXIIII. agmine quadra-
to ad te proficiscitur:
vt te Imperatore in-
reat, ac testetur, mihi
non deesse volunta-
tem, ad ea præstanda,
quibus obstringor, vt

Omni nexu, &
vlu Tuus

G. BELLENDENVS.



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

S
D

la
ti
ti
e.
is
n
di





DE PROCES-
SV, ET SCRIP-
toribus Rei po-
liticæ.

VMANVS
animus ex se
purus, sim-
plex, immor-
talis, & quasi diuina na-
tura particeps, vi & na-
tura sua prompta, celeri,
expedita, admirabiliter se
inijcit, ac intendit in im-
mensum: omnia penetrat,
ambit, inuestigat: aterna

meditatur, & concupiscit:
ac, licet sit finitus. partem
capit nullam quietis, nisi in
infinito: quod ipsum nu-
men est diuinum, in quo
solo, tentatis rebus omni-
bus, acquiescit. Sed in do-
micilio habitans crasso, ter-
reno, humili, contaminari
cum se patitur, & depri-
mi materiei, qua cingitur
contagione, prauoque im-
pulsu sensuum, ab excel-
lentia sua discedit, dilabi-
tur ad abiecta, &

Accliuus falsis me-
liora recusat.

Nam cum corporata sen-
sus moueant, & quaerunt,

Scientur, in eisdem consti-
stant: illa, principis suffu-
sa eternitati contrarius, ad
res obiectas specie pulchras,
laudabiles, oblectantes se
conuertunt, & eodem se-
cum trahunt animos, pul-
su visionū ē sensibus fluen-
tium. Hinc motus auersi à
natura, ab eternitate, à ra-
tione, &

Edulcare placet vi-
tam,

Curasq; acerbis sen-
sibus gubernare.

Hinc animi à suis decep-
ti nuncijs, ab infinita eter-
nāque natura abducti, in
re mutabili hærent, labo-

rant, occupantur; ac erran-
tes & illusi, vel secum
discordant, vel languescunt,
vel motus habent in-
temperantes: quales tum
præcipue cient, cum ad res
fluxas, quatillant, & de-
lectant maxime, feruntur,
quasi ad perennes: aut effre-
nati incitantur ad commo-
uenda præsidia utilitatis
humana, viteque com-
munis. Quod genus motio-
num, ut est perniciosissi-
mum, ita hu opposita à ve-
teribus propugnacula quie-
tis & otij, in bonis sunt
ducenda summis: ut na-
tura accommodata maxi-

mè
om
gen
im
In
nu
na
pri
pro
hoc
ner
rus
ten
cii
tru
m
D
fa
m



mè, & se attollentia ad
omnia providentem, & re-
gentem Deum: eiusque
imitantia bonitatem erga
vniuersum genus homi-
num. Et Verò, hac ad diui-
na cum accederent, & à
priscis manarent: qui, quo
propius aberant ab ortu,
hoc melius, quæ erant te-
nenda, cernebant: postero-
rum error, qui ad impieta-
tem incubuerat, & benefi-
ciijs Virorum excellentium
tribuerat caelestia, illis no-
mina affinxit, & numina
Deorum. Immo, ut fabula
fabulam pepererat, inuasit
in quorundam animos opi-



nio, initia vitæ atque Vi-
Etus: legum, morum, man-
suetudinis, humanitatis
exempla, quæ nepotibus
sunt ascribenda Noë, homi-
nibus & ciuitatibus à Ce-
rere & Libera, quas pro
Diuis habuerant, data ac
dispertita fuisse. Interea,
etsi pietatem vinceret im-
pietas, & in immoderata
licentia fingendi, scriben-
di que, antiqui fere omnes,
præter Hebræos, (apud hos
enim vetita erant simula-
chra, nec cuius permis-
sum scribere) somnia pro
religionibus exciperent, ac
multa cumularent nefa-



rijs, cessit tamen in mul-
tis humanitati barbaries:
atque ab illis initiis progres-
sum est ad maiora: quæ post
Moysen tentarunt scriptis
primi Phœnices, Ægyptij,
& Chaldei apud Babylono-
mos Phœnicis vsi literis.
Serius Græci; qui diu sub
regibus, sine ipso legum no-
mine; tandem à Draconte
ex Phœnicibus scriptas ac-
ceperunt leges, cōsulta à phi-
losophis: qui tunc politici
appellati, à rebus publicis
nomen habuere: post à loco,
vel auctore, cū dissociati
à disertis, his iter relique-
rant ad remp. de qua num.

quam idem Græci: cum à
variis variè adūbrata fue-
rint rerump. & regnorum
formæ: vt ab Hippodamo,
Phalea, Schenida, Dioto-
gene, Ecphanta, Platone,
Aristotele, Theophrasto:
ab alijs leges scriptæ popu-
lis: vt à Zaleuco Locris, à
Charonda suis, a Philolao
Thebanis: ab alijs resp. ac
imperia constituta: vt à
Solone Atheniēsum, à Ly-
curgo Lacedæmoniorum re-
spública. Quibus tamē laus
danda est, quòd planè, &
sine pigmentis comprehen-
derint omnia, quæ ad con-
suetudinē vitæ, & vsum
civium

civ
(
qu
con
sim
sim
nu
cer
mo
dar
qu
ve
hu
sol
bu
tre
ius
spe
ten



ciuium pertinerent. Nam
(Ve ait noſter) qui iura,
qui leges, qui ciuitates
conſtituerunt, locuti ſunt
ſimpliciter, & ſplendidè,
ſine vlla ſerie diſputatio-
num, & ſine ieiuna con-
certatione verborum: id
modò ſpectantes, ve fun-
damenta ponerentur tran-
quillitatis, atque pacis: ac,
ve vincula coniunctionis
humanae reuulſa motibus,
ſoluta caſibus, mutationi-
bus abrupta, concuſſa &
tremefacta vi, firmaretur,
iuuarenturq; conſiliis, quae
ſpectarent futurum omne
tempus humanae ſocietatis.

Qui in his elaborarūt Vsu,
studio, & scriptis, ex He-
brais habemus Mosem: è
Gracis, qui extet, nullum:
nisi exceperis Xenophōtem,
aut fragmenta scriptiorum
~~pauca~~, Solonis, Charon-
da, Zaleuci: cum tamen,
qui vtraque re excelleret,
vt, & doctrina studiis, &
regenda ciuitate princeps
esset, non alium Cicero pu-
tauit facile inueniri posse,
quàm Phalereum illum
Demetrium: qui doctri-
nam ex vmbra culis erudi-
ditorum in solem aciem-
que produxerat. Itaque in
hoc genere non posso Gra-



corum in scribendo princi-
pes Platonem, Aristote-
lem, Theophrastum: ne
alios memorem imitatores
Hippodami, qui primus ex
ijs, qui remp. non admini-
strarunt, cepit de rep. scri-
bere. Ex Latinis prater Ci-
ceronem reperies neminem.
Is in rep. versatus, Va-
lens ingenio, vsu, & do-
ctrina scripsit de rep. libros
sex, de legibus quinque, &
incertum. Praterea Episto-
lam ad Q. fratrem inge-
nio dignam ciuili: aliam
ad Casarem. meditabatur
etiā κοινότερα quadam &
πολιτικότερα ad Dolabel-

lam: & hæc consilio Ar-
tici: at eorum forte exem-
plo, qui suasionibus Ale-
xandarum incensum cupi-
ditate gloria, cupientem ali-
quid sibi consilij dari, quod
ad laudem sempiternam
Valeret, cohortabantur ad
decus. Sed illa ad Cæsarem
non peruenerat, nec prodijt
in lucem, quòd Hircio, Bal-
bo, Oppio Cæsarianis non
placeret. Cætera etiam hu-
ius generis præter tres li-
bros mutilos de legibus, &
epistolam ad fratrem inter-
ciderunt. In ijs tamen scri-
ptis, quæ ad posteritatem
transmissa sunt, sparsa re-

manent vestigia plurima
antiquitatis, historia, le-
gum, disciplina, status reip.
Rom. quæ in ordinem confe-
cta annorum 1000. fixi-
mus in libros xvi. lucem
expectantes. Interea exit
ab his princeps, eodem ela-
boratus studio, & stilo: ac
conformatione non ita ve-
teris memoria, ut sit alie-
na ab usu nostra ætatis: nisi
me fallant temporibus de-
cursa asperis, & observatio
variorum in his casuum: ac
simul experientia, ad
quam nauata in mandatis
sua maiestatis opera me
sæpe excitauit. Sunt in



hoc scriptore multa de ad-
ministracione Urbana &
provinciali Rom. plura ab
his remota: qua, vt Ennia-
na, in vna re posita, ad mul-
tas transferri possunt. Ho-
rum nonnulla, per me ad
vsum accommodata reip.
& cum illis sociata nexa-
que meis, ac simul omnia
in capita ciuilis congesta
disciplina, non offendent
gnarum, quò pertineant,
& quam intueantur ar-
tem, atque prudentiam.
Alij quibus sunt stirpes
altæ suarum opinionum,
suos habituri sunt amores,
sua iudicia: quorum neque

acce
dece
sun
cear
que
E



e ad-
s &
ra ab
ania-
mul
Ho-
ne ad
reip,
hexá-
omnia
gesta
dent
cant,
r ar-
iam.
irpes
um,
ores,
eque

acceptione illustriora, neque
deceptione ignobiliora ista
sunt futura. Ut Verò pla-
ceant ijs, quibus me, mea-
que omnia probare debeo,
Hoc votum nostri
summa laboris ha-
bet.







CICERONIS
PRINCEPS: RA-
tiones, & consilia bene
gerendi firmandiq; im-
perij, &c.

*De excellentia principatus,
& imperij: causa, atque
origine Vita civilis, iu-
ris, rerump. ciuitatum,
Vrbium.*

CAPVT I.

MNEM naturam ne-
cessae est, quæ non so-
litaria sit, neq; simplex, sed
cum alio coniuncta atque
connexa, habere aliquem
Princi-
patus ali-
quis in
omni fe-
rè natu-
ra.

A



in se principatum : vt in homine mentem, in bellua quiddam simile mentis, vnde oriuntur eorum appetitus: in republica magistratum, vt praesit praescribatq; recta, & vtilia, & coniuncta cum legibus.

Imperiū
ad natu-
rā vtrq;
vitæ ap-
tum,
& neces-
sarium.

Nihil porro tam aptum est ad ius conditionemq; naturæ, quam imperium: sine quo, nec domus vlla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum vniuersum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest. Nam & hic Deo pareat, & huic obediunt maria, terræque, & hominum vita iussis supremæ legis obtemperat, ac se regi patitur imperijs.

Princi-

Ad hæc verò, quum se

beneuolentia applicat, & patus fit.
 adiungit, firmamentum mamen-
 affert stabilitatis eius, quã tum, &
 in principatu quærimus. vinculũ,
 Non est enim inhumana beneuo-
 virtus, neq; immanis, ne- lentia.
 quẽ superba, quã adiutrix
 naturæ populos vnuerfos
 tueri, eisq; optimẽ consu-
 lere soleat: velut salutare
 dominatus regij, & socie-
 tatis humanæ præsidium,
 conciliatrix, & vinculum a
 natura constitutum.

Fuit quondam tempus, Vita a-
 cum in agris homines pas- grestis
 sim bestiarum more vaga- sine reli-
 bantur, & sibi victu ferino gione,
 vitam propagabant, nec ra- iure, & p-
 tione animi quidquam, rinci-
 sed plerãq; viribus corpo- patu.
 ris administrabant. Non
 dum diuinæ religionis,

A ij

t in
 ellua
 atis,
 ap-
 ma-
 pra-
 a, &
 s.
 otum
 mq;
 ium:
 vlla,
 nec
 ge-
 natu-
 ndus
 Deo
 iunt
 omi-
 emã
 e re-
 m se



non humani officij ratio
 colebatur. Nemo legiti-
 mas viderat nuptias, nec
 certos quisquam inspexe-
 rat liberos: non ius æqua-
 bile, quid utilitatis habe-
 ret, acceperat: ita propter
 errorem atq; inscientiam,
 cœca ac temeraria domi-
 natrix animi cupiditas ad
 se explendam viribus cor-
 poris abutebatur, pernicio-
 sissimis satellitibus. Qui

Initiavi-
 tæ ciui-
 lis, iuris,
 rerump.
 ciuitatũ
 & vrbũ.

igitur primi virtute & cõ-
 silio præstanti exiterunt,
 ij perspecto genere huma-
 næ docilitatis, atq; inge-
 nij, dissipatos vnum in lo-
 cum congregarunt, eosq;
 ex feritate illa ad iustitiam
 atque mansuetudinem tra-
 duxerunt. Tum res com-
 munem utilitatem conti-

Princeps.

nentes, quas publicas appellamus, tum conuenticula hominum, quæ postea ciuitates nominatae sunt, tum domicilia cõiuncta, quas vrbes dicimus, inuento & diuino iure, & humano, moenibus sepe sunt.

De præstantia regalis imperij: causa, & origine regum, atque legum.

C A P. II.

ATQUE, vt ad citiora veniam, & notiora nobis. Omnes antiquæ gentes regibus quondam paruerunt. quod genus imperij, primùm ad

Imperiũ regium in vsu apud omnes veteres!

A iij



homines iustissimos deferebatur, idq; in republica nostra maximè valuit, quoad ei regalis potestas præfuit: deinde etiã deinceps posteris prodebat: quod & in his etiam, qui nunc regnant, manet, cum purpura & sceptro, & illis insignibus, quæ ad regum statum pertinent.

Cur reges constituti?

Ac mihi quidem non apud Medos solùm (vrait Herodotus) sed etiã apud maiores nostros fruendæ iustitiæ causa videtur olim benè moderati reges constituti. Nam cum premeretur initio multitudo ab iis, qui maiores opes habebant, ad vnum aliquem confugiebant virtute præstantem: qui cum prohi-

beret iniuria tenuiores, æ-
quitate cōstituenda, sum-
mos cum infimis, pari iure
retinebat. Eademque con-
stituendarum legum fuit
causa, quæ regum: ius
enim semper est quæsitum
æquabile, neque enim ali-
ter esset ius: id, si ab vno
iusto & viro bono conse-
quebatur, eò erant conten-
ti: cum id minus contin-
geret, leges sunt inuentæ,
quæ cum omnibus semper
vna atque eadem voce lo-
querentur. Ergo hoc qui-
dem perspicuum est, eos
ad imperandum deligi so-
litos, quorum de iustitia
magna esset opinio multi-
tudinis: adiuncto verò, vt
iidem etiam prudentes ha-
berentur, nihil erat quod

Eadem
causa le-
gum, quæ
regum.

Iustis, &
pruden-
tibus im-
peria da-
ta apud
veteres!

8 Ciceronis

homines his auctoribus
non posse consequi se arbi-
trarentur.

*De difficultate regnandi:
fundamentis, & arti-
bus reip. atque imperij.*

C A P. III.

QUIBVS autem regia
potestas non placuit,
non ij nemini, sed non
semper vni parere volue-
runt. Quare cum perma-
gni hominis est, & ipsa na-
tura moderati, rum verò
etiam doctrina atque opti-
marum artium studiis eru-
diti, sic se adhibere in tan-
ta potestate, vt nulla alia
potestas ab iis, quibus præ-

Qualis,
& quanti
fit prin-
cipis, fir-
mum &
diuturnū
reddere
imperij?

Princeps. 9

fit, desideretur. Est enim ars difficilis, rectè regere, imperio præesse.

Huius autem hæc fundamenta sunt, hæc membra, quæ tuenda principibus, & vel capitis periculo defendenda sunt: religio, potestates magistratum, Senatus auctoritas, leges, mos maiorum, iudicia, iurisdictio, fides, provincia, socii, imperij laus, res militaris, ærarium.

Funda-
menta
reip. &
imperii.

Dux sunt artes, quibus hæc præstari, & omnia, quæ sunt in imperio atque statu defendi putantur, scientia imperandi, & administrandæ reip. disciplina.

Dux ar-
tes poli-
ticæ.

Quarum altera vtilem, & valde necessariam principi continet doctrinam, de

Ars im-
perato-
ris.

exercitu, de castris, de ag-
minibus, de signorum col-
lationibus, de oppidorum
oppugnationibus, de come-
meatu, de infidiis facien-
dis, atque vitandis: de reli-
quis rebus, quæ sunt pro-
priae belli administrandi.

Ars re-
storis
reip.

Altera necessitatem ha-
bet non minorem, utilita-
tem sæpe maiorem: cum
ei quali materies, quam
tractet, & in qua versetur,
subiecta sit rerum ciuiliū
prudencia, iuris publici au-
ctoritas, monumenta re-
rum gestarum, vetustatis
exempla, & res ceteræ,
quibus reip. utilitas para-
tur, augeturque.

Vsus vi-
tæ poli-
ticæ,

Iam verò ista licet posita
sint in præceptis, tamen
his in omnes partes vsus

vitr
neq
sunt
bus
uide
qui
temp
filior
med

Ita
prud
cis, p
non
loqu
lis c
adur
noti
taru
rimo
citat
gram
quæ
ne d

vita politica conformari-
nequit: cum oporteat, quæ
sunt in fortuna, tempori-
bus regere, consiliis pro-
videre, more nostrorum:
qui semper ad novos casus
temporum, novorum con-
siliorum rationes accom-
modarunt.

Ita hæc, quæ statuitur
prudencia in rebus publi-
cis, paratur, & acquiritur,
non alicuius quotidiana
loquacitate, non ex scho-
lis cãtilena, non in libris
adumbrata rep. sed rerum
notitia maximarum, mul-
tarum memoria, vsu plu-
rimorum negotiorũ, exer-
citatione assidua, & illa
grauissimi vsus disciplina,
quæ perficitur observatio-
ne diuturna rerũ, quæ pro-

Pruden-
tia poli-
tica, qui-
bus mo-
dis pare-
tur.



desse solēt, aut obesse reip.

De principis officio in genere: quæ is scire, præstare, cogitare debeat.

C A P. IV.

Principis cura in summa rerū. **H**A B E N T, quæ eō pertinent, varios actus, & consiliorum, & temporum in summa rerum administranda: & hæc grauem curam diligentiamque desiderat, quam ipse princeps sustinet.

Nam cum dirigi formariq; debeat consiliis atque factis honestis, & utilibus: eluceat in iis oportet principis ingenium, atque virtus.

Princeps. 13

Etenim, ut saluum sit imperium, prudentia, quæ in delectu bonorum & malorum cernitur, acuenda erit in consiliis aduocandis, habendis, dimittendis, petendis, dandis, capiendis, communicandis, mutandis, abiiciendis: atque etiam in actionibus, & negotiis suscipiendis, exequendis, committendis.

Quæ omnia, cum sint de rep. caput est nosse rempub. idque latè patet, quid habeat militum, quid valeat arario, quos socios resp. habeat, quos amicos, quos stipendiarios, quaque quisque sit lege, conditione, tædere: tenere consuetudinem decernendi, nosse exempla maiorum,

Prudentia in quibus acueda:

Quid sit nosse rep?

A principe tenenda:

causam imperii, iura publica, mentem, morem, disciplinam reip.

Quid moderatori reip. propositum?

Vt enim gubernatori cursus secundus, medico salus, imperatori victoria: sic moderatori reipub. beata ciuium vita proposita est: vt opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta sit. Huius enim operis maximi inter homines atq; optimi, principes esse effectores volo.

Quando contrahitur culpa?

Non animaduertunt omnia: si scientes praetermittunt, magna culpa est, & rei fiunt alienae, si prouidere potuit, ne existeret. Culpa autem nulla est, cum id, quod ab homine non potuerit prouideri, euenierit. Quod per sepe sapientissimi

mis viris accidit, ut quem-
admodum gubernatores op-
timum vim tempestatis: sic
illi fortunæ impetum su-
perare non possent. Sed hanc
pauci ducunt rationem:
omnia desiderantur ab eo,
tanquam nihil denegatum
sit ei, quominus omnia
posset, qui publico nego-
tio præpositus est.

Quid referam oculos ad
condiciones miseras ad-
ministrandarum provin-
ciarum? in quibus dili-
gentia plena simultatum
est, negligentia vitupera-
tionum: ubi seueritas pe-
riculosa est, liberalitas in-
grata, sermo insidiosus, af-
sentatio perniciosa: frons
omnium familiaris, mul-
torum animus iratus: ira-

que de-
sideran-
tur à prin-
cipe.

Condi-
tiones
admini-
stranda-
rum pro-
uinciarum.

cundia occultæ, blandi-
cia apertæ: venientes præ-
tores expectant, præsen-
tibus inferuiunt, abeuntes
deserunt.

Multa huiusmodi eue-
niunt summis principibus.
Sed ipsorum est, quod vi-
rorum fortium, virtute
præstare tantum, vt possint
fortuna culpam non ex-
timefcere, rectè verèq; sen-
tire, & sapienter facere, non
minus multa, quam forti-
ter.

Virtus non ponderanda euentis. Nam etsi plerique con-
silia euentis ponderent, &
cui benè quid processerit,
multum illum prouidisse;
cui secus, nihil sensisse di-
cant mihi semper persua-
sum fuit, non euentis, sed
factis, cuiusque virtutem

&

& fortunam ponderari.

Quis poterit omnia perpetua præstare reip.? quis sic clauum imperij tenere, & gubernacula tractare in omni cursu & fluctibus, vt aduersa tempestate in alto non iactetur, & fluitet?

Tu da operam, vt nauem rectam teneas: vtinam prospere cursu. Sed vbiq; venturi erunt, sat, si ars tua non aberit. quid enim aliud præstare virtus potest?

Nunquam desine, siue intendas rebus animum, siue relaxes, & remittas, considerare, quem teneas principatum: qua partem, auctum, & retentum maiorum virtute, solitudine, gloria: qua seruandum administrandum, &

Ars à virtute præstanda.

Cogitatio principis in tribus desigenda.

B



firmandum tua.

Cur de
nocte vi-
gilet
Themis-
tocles?

Noctu ambulabat in pu-
blico Themistocles, quod
somnia capere non pos-
set : quarentibusque re-
spondebat, Mitiadis tro-
phæis se è somno excitari.

*De prudentia tenenda in
deliberationibus, consiliis
& actionibus.*

C A P. V.

Princi-
pia & me-
dia deli-
beranda,
confide-
randa.

VT bene prouisa & di-
ligenter explorata
principia ponantur, de re
gerenda delibera accuratè,
& considera, quàm illa res
honestà sit : & si habeas ef-
ficiendi facultatem.
Priusquam aggrediare, ad

Princeps.

19

hibenda est preparatio diligens, & aliquanto antè constituendum, quid accipere possit in vtrand; partem: & quid agendum sit, quum quid euenerit: ne committas, vt aliquando dicendum sit, non putaram.

Præparatio necessarium, & futurorum præmeditatio.

In consiliis saniora putentur ea, quæ perpetuæ pacis rationem habitura sunt, nihil insidiarum: in quo si mihi obtemperatum esset, si non optimam, at aliquam temp. quæ nunc nulla est, haberemus.

Consilia saniora.

Sententiam sententia vitæ car melior.

Nec agas quicquam, cuius non habeas causam probabilem. Nihil enim per se amplum est, nisi in

Agentis in-erita & considerata

Bij



cogita-
tio,

quo iudicii ratio extat. Et
diu sanè cogitandum est in
eo, quod semel admis-
sum, coërceri, reprimisq;
non potest.

Honestà
cautis
præpo-
nenda.

Malo interdum multi
te non cautè, quam pauci
non honestè fecisse existi-
ment: ac omnibus te in fa-
ctis, re potius, quàm teste
moveri: vt habearedignus,
QVICVM INTENE-
BRIS MICES: & nostri
imitator senatus: qui nun-
quam vtilitatem à digni-
tate seiunxit.

Iniuria
quando
ineft in
dubita-
tionè?

Benè præcipiunt, qui
vetant quicquam agere,
quod dubites, æquum fit,
an iniqum. Æquitas
enim lucet ipsa per se: du-
bitatio cogitationem si-
gnificat iniuriæ.

Et piè iudicant, qui sceleratum & impium censent deliberare, vtrum id sequare, quod honestum esse videas, an te sciens scelere contamines. in ipsa enim dubitatione facinus inest, etiam si ad id non perueneris.

Quando facinus?

Regium non esse puta, sic viuere, vt velis: nec omnes esse beatos, qui viuant, vt ipsi velint: velle enim quod non deceat, id ipsum miserimum est: nec tam miserum est non adipisci, quod velis, quam adipisci velle, quod non oporteat.

Quid viuere, vt velis?

Magnis imperiis & prouinciis præes. Gere igitur animum laude dignum & regium existima, ita viuere.

Animus principis.

B iij

Vita re-
gia.

re, vt non modò homini
nemini, sed ne cupiditati
quidem vlli seruias: con-
temnere omnes libidines,
sentire liberè: populi vti-
litati magis cõsulere, quam
voluntati: contra pericu-
losas hominum potentias
condicioni omnium ci-
uium prouidere: nemini
in his cedere: multis obfi-
stere.

Aurea
cohor-
tatio.

Semper memineris, quod
dignitas tua facit, vt ani-
maduertatur quicquid fa-
cias.

Exēpla
pericu-
losa.

Nihil fiat quod pericu-
losam imitationem exem-
pli alijs in posterum pro-
dat. Multi, quod exemplo
fit, id etiam iure fieri pu-
tant: & aliquid, atque adeò
p multa addunt, & afferunt
de suo.

Principis autem magni est facere, quod non solum ad tempus maximam utilitatem affert, sed etiam ad exemplum.

Principis magni facta ad exemplum utilia.

De prudentia tenenda in malis præcauendis: & incidendis motuum principijs, medijs, reliquijs.

CAP. VI.

VIGILANDUM est semper ad præcauenda mala, & ne quid intracuræ subit vulneris: quod prius nocere potest, quam sciri, curarique possit.

Vigiliæ ad præcauenda mala.

Plurimum ratio potest, & diligentia, tum ex re, & ex tempore consilium.

Quatuor principi in rebus gerendis

B iiij



adesse
debent.

Est non alienum a dignitate regia, quod ipsi Agamemnoni regum regi fuit honestum, habere aliquem in consiliis capiendis Nestorem. Apud Homerum sapissimè ille dux Græciæ nunquam optat, ut Aiæcis similes habeat decem, sed Nestoris. quod si acciderit, non dubitat, quin breui Troia sit peritura.

Optatū
Agame-
mnonis.

Nunquam tibi desit huiusmodi, quocum omnia, qui te cura aliqua afficiet, vna communices, qui te amet, qui sapiat, quicum loquaris, nihil fingat, nihil dissimulet, nihil obtegat.

Princeps
quando
sibi sena-
tus.

In rebus subitis, & angustis, hoc animo esse debes, ut nihil aliò rejicias: ipse tibi sis senatus.

Nihil est periculosius, quàm spatium confirmandi sese iis dare, qui nouari aliquid uolent.

Incidere semper oportet media, ne nimis serò ad extrema ueniatur. Omne malum nascens facillè opprimitur, inueteratum fit plerumq; robustius.

Improbritatem itaque retundere, & non pati impunitate augeri, non solum utile est, sed etiam necessarium: ut audaciæ perditorum, & sollicitudinis tuæ finem reperiatis.

Sapienter Plancus in bello Antoniano, maruradum prius censuit, quàm hostes corroborarentur, & perturbarentur nostri: in quo, si celeritas fuisset ad-

Celeritate utendum in principis seditionum.

Media incidenda;

Non augenda impunitate.

Planci consiliū;



hibita, resp. in possessione
victoriae, deletis sceleratis
permanisset.

**Momen-
ta tem-
porum.**

Non ignorabat ille in
rep. versatus, quanta mo-
meta sunt in ea temporum:
& quid intersit, idem illud,
vtrum ante, an post decer-
natur, suscipiatur, agatur.
Omnia quae seuerè decreta
sunt illo tumultu, si aut
quo die dixi sententiam,
perfecta essent, & non de
die in diem dilata, aut ex
quo tempore suscepta sunt,
vt agerentur, non tardata
& procrastinata, bellum
nullum habuissimus.

**Cautio
in vici-
scendo.**

In nefariis ciuibus vici-
scendis, cum possis, quam
pertimescendis, diligen-
tior cautio est.

Quatuor De his illud valde con-

siderandum est, ne quid
temerè, ne quid dissolutè.
Eiusq; rei moderatio prin-
cipis magni est: ut in du-
ces & fontes vehemens sit:
liberalis in multitudinem,
fortuna magis, quam cul-
pa peccantem.

modera-
tionis
regulæ:
I.

Omnia publico consi-
lio, præsidioque: ne videat-
ur vi, atque impressione
euertere.

II.

Non ex alieni sensus
coniectura, aut cæca suspi-
cione: ne vel obteran-
tur maleuolorum obtre-
ctatione & inuidia inno-
centes: vel aperiantur ad
sordes eluendas venæ om-
nes, atque viscera.

III.

Et quod caput est, exci-
anda erit animaduersio, &
rudentia: ut sit, non modò

II II.

consilium in prouidendo,
sed etiam iudicium in cō-
ficiendo, ne id ipsum, quod
vereat, ita caueat, ut cum
vitare fortasse potuerit, vl-
tro arcessat, atque attrahat.
quæ stultitia timoris ma-
gna est.

Futura
explo-
randa.

Semper in præsentibus
malis prohibendis, futura
quoque, nisi antè occursum
sit, explores, ne se infi-
nuent.

Reli-
quii
proui-
dendum

Ne sint reliquæ prou-
dendum: impolitæ enim
res & acerbæ, si erunt reli-
ctæ, quanquam fuerint ab-
scissæ, tamen efferent se
aliquando, & ad renouan-
dum bellum reuirescent.

Est non minus tutum
extrema depellere, quam
prima repellere.

Vtrumq; iudicio, neutrum dissolutè: ne in bre-
ue tempus dilata sit pernici- Dilata
cies. Ut enim grauius æ- perni-
grotant ij, qui cum leua- cies pe-
ri morbo videntur, in eum riculosa,
deintegro inciderunt: sic
vehementius laborant, qui
profligato bello, ac pacè
sublato, renouatum bellum
gerere conantur.

Cauendum etiam, ne vin- Cautio
dex vnus mali, auctor sit graui-
alterius, fundamentum & ma.
radices habituri altiores.
Nostris tumultibus sem-
per primi cuiusque mali
causa excidendi, causa fuit,
cur aliud asceretur illo
peius.

De cautionibus adhibendis, in variis motuum, & seditionum causis.

CAP. VII.

Cautio
in obscu-
ris odiis.

STULTITIAM puta,
aut in obscuro odio a-
pertas inimicitias, aut in
quo nihil noceas, ostende-
re voluntatem nocendi.

Consilia
regenda

Illius probantur consilia,
qui se muniendum puta-
uit aucto exercitu, auxi-
liisq; multiplicatis: ut cum
præferret sensus apertè,
tum etiam inuitis quibus-
dam, sciri quid defensusus
esset, non esset periculo-
sum. Is multa, ut ad effe-
ctum horum consiliorum

perveniret, simulavit;
quod præmatura denun-
ciatio imparati, quàm per-
riculosa esset, ex casu col-
legæ vidisset.

Prouidendum, ne viri
nobiles simulatione com-
munium negotiorum, of-
ficiorumque coeant, & ar-
ma parent ad eandem, aut
tumultum.

Cautis
contra
conuen-
tus.

Si qua est inter populos,
sive ordines dissensio, ela-
borandum, vt ex ea ad
concordiam euocentur. Et,
si qui feruor mentium in-
ueterauit, vt in opinionum
æstu, studiisque honorum
euenire solet (horum enim
quisque retinens est, nec ce-
dit facile) sit sine progref-
su ad acerba: nec ita dissen-
tiant, vt de communi sa-

Concor-
diæ con-
sulen-
dum.



lute non idem sentiant: sed
potius certent de amore
reipublicæ.

Concio-
nes mo-
deradæ.

In concionibus adfit
moderatio, ne turbulenti
aut temerarij cuiusque lin-
gua, quasi stabello sedi-
tionis, populus incenda-
tur, vt ille Græcorum: quo-
rum totæ resp. sedentis
concionis temeritate ad-
ministrantur. Itaq; vt hanc
Græciam, quæ iam diu suis
consiliis perculsa & afflicta
est omittam: illa vetus, quæ
quondam opibus, impe-
tio, gloria floruit, hoc vno
malo concidit, libertate
immoderata, ac licètia con-
cionum. Cùm in theatro
imperiti homines, rerum
omnium rudes, ignari que
confederât, tum bella inu-

Græcia
perijt li-
centia
concio-
num.

tilia

tilia
ditio
ficiel
ritos
ciebã
nis tu
lùm
cund
acci
mod
Phry
cion
Sa
quo
lum
ri, a
pul
catu
for
rissi
cit
du
I

tilia suscipiebant, tum se-
ditiosos homines reip. pre-
ficiabant, tum optime me-
ritos ciueis e ciuitate eii-
ciebāt. Quod si hæc Athen-
nis tum, cum illæ non so-
lùm in Græcia, sed propè
cunctis gētibus enitebant,
accidere sunt solita: quam
moderationem putatis in
Phrygia, aut in Mysia con-
cionum fuisse?

Athena-
rum fa-
ma cele-
bris.

Sæpe videmus, vt mare, vt mare,
quod sua natura tranquil- sic popu-
lum sit ventorum vi agita- lus.
ri, atque turbari: sic & po-
pulum sua sponte esse pla-
catum, hominum seditio-
forum vocibus, vt violenti-
sissimis tempestatibus cō-
citari. id ne fiat prouiden-
dum.

Danda etiam opera, ne

C

Existi-
mationi
confu-
lendum.

disseminatis dispersisque
sermonibus tua lædatur
existimatio. nec satis erit,
eum, qui sic peccarit, pœ-
nitere: vt & ipse, ne quid
tale post-hac, & cæteri sint
ad similia tardi ores.

Coercendi ad exem-
plum, libellos aut carmina
probrosa qui emisserint. xij
tabulæ, cum perpaucas res
capite sanxissent, in his
hanc quoque fanciendam
putauerunt, *si quis actita-
uisset, siue carmen condidisset,
quod infamiam afferret flagi-
tiumve alteri.* quid prin-
cipi?

Nil te-
merè de
statu.

Curandum etiam, ne
quis de statu temerè lo-
quatur, rumoresve spar-
gat in vllò cusu reip. præ-
cipuè in bello, ac maximè



ciuili: quod opinione ple-
runq; & fama gubernatur.

P. Vatienus, cùm è præ-
fectura Reatina Romam
uenienti noctu duo iuue-
nes cum equis albis dixif-
sent regem Persen illo
die captum, senatui nun-
ciauit: & primò, quasi te-
merè derep. locutus esset,
in carcerem coniectus est;
post à Paulo literis allatis,
cùm idem dies constitif-
set, & agro à senatu, & va-
catione donatus est.

In his tamen omnibus
adhibenda prudens cautio,
ne auris detur infensis, qui
inimicos suos morte affici
volent, vel quòd eos me-
tuant, vel quòd oderunt:
nec iis, qui vt canes vena-
tici odorantur omnia: &

Historia
singula-
ris.

Cautio
in accu-
sationi-
bus, &
contra-
delato-
res.



inopia criminum falsa in-
ferunt: quæ in metu & pe-
riculo cùm creduntur fa-
cilius, tum finguntur im-
punius. Hoc genus homi-
num aliis exitia paratium,
scire deberet sibi paratam
pestē, vt participet parem.

Non dan-
da mate-
ries ser-
monis,
aut ru-
moris im-
pro-
bi.

Nō detur maleuolis pro-
babilis materies sermonis:
hanc enim nacti, cona-
buntur alienare volunta-
tem sociorum, aut ciuium.

Non danda etiam occa-
sio improbiioris famæ: cum
ratio salusq; omnium, qui
ad remp. accedunt, non ve-
ritate solū, sed etiam fa-
ma nitatur: nam licet è ma-
cello laus petenda non sit,
est tamen expetenda bona
fama bonorum: vt libenti
animo studiosq; princi-

Expeten-
da bona
famā.

Princeps. 37

pis voluntati, commodis,
opinionem in gubernanda
rep. seruiant, & obtempe-
rent. Fundamenta illius
sunt iustitia, liberalitas,
constantia: sine quibus ni-
hil potest esse laudabile.

Funda-
menta
fame.

*De condecencia à principe
tenenda: & eius octo
administris: quibus fe-
lix, & augustus red-
ditur princeps, atque
principatus.*

CAP. VIII.

OMNI in re quid sit
veri, videre, sentire,
& tueri decet: imperij di-
gnitatisq; suæ retinentem

Sex de-
cora
principi.

C iij



esse: omnia facere forti ac libero animo: quem sine constantia & æqualitate nullum esse putaris. Omnino, si quicquam est decorum, nihil est profectò magis, quam æquabilitas cum vniuersæ vitæ, tum singularum actionum.

I. Præclara certè ea est in omni vita, & idem semper
 Æquabili- vultus, eadè que frons: vt
 litatis- de Socrate, itèmq; de Caio
 præstan- quoque Lælio excepimus.
 tia.
 II. Philippum quidem Ma-
 Facili- cedonum regem rebus ge-
 tas. stis & gloria superatum à
 filio, facilitate & humani-
 III. tate video superiorem esse.
 Huma- Itaq; alter semper magnus
 nitas. alter sæpe turpissimus fuit.
 Compa- vt rectè præcipere videan-
 ratio- tur, qui monent, vt quanto
 Philip-
 pi & A.
 lexan-
 dri.

superiores sumus, tãto nos geramus submissius, & perspiciamus rerum humanarum imbecillitatem, varietatẽque fortunã.

Theophrastus interitum deplorans Calisthenis sodalis sui, rebus Alexandri prosperis angitur. Itaque dicit Calisthenem incidisse in hominẽ summa potentia, summaque fortuna, sed ignarum, quemadmodum rebus secundis vti conueniret.

Laudabilior Cyrus ille à Xenophonte, non ad historiae fidem scriptus, sed ad effigiem iusti imperij, cuius summa grauitas ab illo philosopho cum singulari comitate coniungitur: quos quidem libros

Calisthenis iudicium de Alexandro.

Cyrus Xenophontis,

III. Grauitas.

V. Comitatus.

C iij

i ac
sine
tate
Om-
de-
ectò
litas
tum
st in
mper
ns: vt
Caio
mus.
Ma-
s ge-
um à
nani-
esse.
gnus
fuit.
dean-
antò



non sine causa noster ille Africanus de manibus ponere non solebat: nullum est enim prætermissum in iis officium diligentis & moderati imperii.

Quæ
resp.
beatæ?

VI.
Doctri-
na.

VII.
Sapientia.
Salus ci-
uitatis.

Atq; ille quidem princeps ingenii, & doctrinæ Plato, tum denique fore beatas respublicas putauit, si aut docti, aut sapientes homines eas regere cœpissent, aut ij, qui regerent, omne studium in doctrina ac sapientia collocassent. hanc conjunctionem videlicet potestatis ac sapientiæ, saluti censuit ciuitatibus esse posse: quod fortasse quondam vniuersæ reip. nostræ contigit, ut is in ea summam potestatem haberet, cui in do-

strina, cui in virtute, atque
humanitate percipienda,
plurimum à pueritia stu-
dij fuisset, & temporis col-
locatum.

In Gorgia Socrates, cum
esset ex eo quaesitum, Ar-
chelaum Perdicæ filium,
qui tū fortunatissimus ha-
beretur, nonne beatum pu-
taret? haud (scio inquit)
nunquam enim cum eo
locutus sum. Ain tu? An
aliter id scire non potes?
nullo modo. Tu igitur ne
de Perfarum quidem rege
magno potes dicere bea-
tū-nesit? An ego possum,
cum ignorem quam sit do-
ctus, quam vir bonus?

Socratis
opinio
de feli-
citate
princi-
pum.

Qui rex
beatus.
VIII.
Bonitas



De imperij moderatione,
 & rationis Vsu principi-
 bus conueniente, à bar-
 baris neglecto,

C A P. I X.

quale de-
 bet re-
 gentis
 esse im-
 perium?

Vt affe-
 ctus de-
 bet esse
 animus
 princi-
 pis.

Sic principum, sic ma-
 gistratum, sic popu-
 lorum imperia ciuibus so-
 ciis que præsent, vt parentes
 liberis, corporibus ani-
 mus. Munus autem animi
 est, ratione benè vti: & vt
 sapientis animus, sic prin-
 cipis ita semper affectus
 esse debet, vt ratione opti-
 mè vtatur. Qualis ille sit,
 quem tum moderatum,
 alias modestum, & tempe-
 ratum, alias constantem

continentemque dicimus. Nonnunquam hæc vocabula ad frugalitatis nomen, tanquam ad caput referre volumus: quod nisi eo nomine virtutes continerentur, nunquam illud ita peruulgatum esset, ut iam prouerbij locum obtineret, *hominem frugi omnia rectè facere*. Hoc verbo scio laudari reges non solere. Frugi hominem dico, non multum habet laudis in rege: fortè, iustum, seuerum, grauem, magnanimum, largum, beneficum, liberalem, hæ sunt regis laudes, illa priuata est: ut uolet quisque accipiat, ego tamen frugalitatem, id est, modestiam, & temperantiam, virtutem esse maxi-

Homo
frugi.

Regis
virtutes
atque
laudes.



Xerxes
nunquā
contentus.

mam iudico, non ita Xerxes: qui refertus omnibus muneribus, donisque fortunæ, non equitatu, non pedestribus copiis, non nauium multitudine, non infinito pondere auri contentus, præmium proposuit, qui inuenisset nouam voluptatem: qua ipse inuenta, non fuit contentus. neque enim vnquam finem inueniet libido. Hinc Diogenes disputare solebat, quanto regem Persarum vita fortunæq; superaret: sibi nihil deesse, illi nihil satis vnquam fore: se eius voluptates non desiderare, quibus nunquam satiari ille posset, suas eum consequi nullo modo posse.

Fortuna
Diogenis, & regis Persarum.

Porto solere aiunt barbaros reges Persarum, ac Syrorum plures vxores habere: his autem vxoribus ciuitates attribuere, hoc modo: hæc ciuitas mulieri in redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines. Ita populos habent vniuersos, non solum confcios libidinis suæ, verum etiam administros.

Mos regum Persarum, & Syrorum,

*De principum moribus:
Vt exemplo nocens, aut
profuns.*

C A P. X.

Quo perniciosius de re-
p. merentur qui sic
peccant, quod non solum
Quomodo infundantur
vicia in



ciuita-
tes.

Existima-
tio prin-
cipum læ-
di potest,
non re-
prehen-
di vita.

Princi-
pum &
parentū
vitia re-
ticenda
ferēdāq;
Princi-
pis est
modum
sibi ap-
ponere,
leges
aliis,

vitia concipiunt ipsi, sed
ea infundant in ciuitates:
quamuis in principibus fa-
cilior sit existimatio, quā
reprehensio: ideo quod
eos, si hoc faciunt, immo-
deratos possimus existima-
re, crimen in eo consti-
tuere non possumus.

Immo, quod in commu-
nibus hominum sensibus,
atque in ipsa natura posi-
tum, atque infixum est, fa-
cilē intelligo, non modò
reticere homines princi-
pum culpas, uti parentum,
sed etiam animo æquo fer-
re oportere.

Ipsorum verò est, sibi
modum apponere, leges
aliis. Nam licet videre, si
velint replicare memoriā
temporum, qualescunque

summi ciuitatis viri fuerunt, talem ciuitatem fuisse : quæcunque mutatio morum in principibus extiterit, eandem in populo secuturam.

Morum
mutatio
à princi-
pe pen-
det.

Multum itaq; in exemplo est, studiosè enim pleriq; facta principum imitantur. vt cupiditatibus principū, & vitiiis infici solet tota ciuitas : sic emendari & corrigi continentia. Quid est negotii, continere eos, quibus præsis, si ipse contineas, & maneat grauis & constans disciplina ? Barbarorum est in diem viuere : tua consilia sempiternum tempus spectare debent.

Barbarorum
vita.

sed
es :
fa-
quã
mod
no-
ma-
sti-
mu-
ous,
ofi-
e, fa-
odò
nci-
um,
fer-
sibi
eges
e, si
oria
nque



Ut preparatio necessario-
rum, lenitas, & con-
tinentia seruant: ne-
gligentia, acerbitas, &
auaritia euertunt im-
perantem, & impe-
rium.

CAP. XI.

Ærarium
non fit
inops;

DANDA etiam opera
est, ne (quod apud
maiores nostros sæpe fie-
bat) propter ærarij tenui-
tatem, assiduitatēq; bel-
lorū. tributū sit cōferendū:
idq; ne eueniat, multò antè
erit prouidēdum (nā obsur-
descunt etiam boni ad vo-
cem tributi) nec commit-
tendum, vt aliqua sit in re-
bus ge-

bus gerendis expectatio,
aut dilatio temporis Breue
tempus longum est impa-
ratis dies enim affert &
hora potius, nisi prouidum
est, magnas saepe clades.
Certus autem dies, non vt
sacrificii, sic consilii expe-
ctari solet.

Sin qua necessitas huius
muneris alicui obuenerit,
danda erit opera, vt omnes
intelligent, si salui esse ve-
lint, necessitati esse paren-
dum: atque etiam omnes,
qui temp. gubernabunt,
consulere debebunt, vt ea-
rum rerum copia sit, quæ
sunt necessariae. quarum
qualis comparatio fieri so-
leat, & debeat, non est ne-
cesse disputare. Est enim
in promptu, tantum lo-

Rerum
necessa-
riarum
copia
paran-
da.

D

cus attingendus fuit.

Lenitas
principi
utilis.

Da te semper ad lenitatem, æquitatemq; vt tui rebus agitatis vsui tibi esse possint, & velint. Etenim, vt abs te affecti fuerint, ita in te animatos reperies.

Acerbitatis incommoda.

Cùm exercitum in Ciliciam ducerem, & regis Parthorum filius cum permagno exercitu transfisset Euphratem, reperi socios infirmè animatos esse, & nouarum rerum expectatione suspensos. Nam eorum auxilia propter acerbitatem, atq; iniurias imperij nostri, aut ita imbecilla fuerant, vt non multùm nos iuuare possent; aut ita alienata à nobis, vt neque expectandum ab iis, neque committendum iis quic-

Auerfis
& imbecillis subditis nihil committendum.

quam esse videretur.

Caput autem est in omni *Auaritiæ vitanda suspicio*
 procuratione negotij, & muneris publici, vt auaritiæ pellatur, etiam minima suspicio. Vtinam, inquit C. Pontius Samnis, ad illa tempora me fortuna reseruauisset, & tunc essem natus, quando Romani accipere dona cœpissent: non essem passus diutius eos imperare. ne illi multa sæcula expectanda fuerunt. modò enim hoc malum in hanc remp. inuasit. itaque facilè patior tunc potius Pontium fuisse, si quidem in illo tantum fuit roboris.

Nullum igitur vitium *Auaritiæ mala.*
 tætrius, quàm auaritia, præsertim in principibus, & remp. gubernantibus: ha-



bere enim quæstui remp.
non modò turpe est, sed
sceleratum etiam, & nefa-
rium. Itaque quod Apollo
Pythius oraculum edidit,
Spartam nulla re alia, nisi
auaritia, esse perituram: id
videtur, non solùm Lace-
dæmoniis, sed & omnibus
opulentis populis prædi-
xisse. nulla autem re, faci-
lius conciliare beneuolen-
tiam multitudinis possunt
ij, qui reip. præfunt, quam
abstinentia, & continentia.

Bona
conti-
nentia.

Genus
largitio-
nis per-
nicio-
sum.

Ab hoc genere largitio-
nis, ut aliis detur, alius au-
feratur, aberunt ij, qui
remp. tuebuntur: Nam pro-
pter hoc iniuriæ genus,
Lacedæmonij Lyfandrum
ephorum expulerūt: Agin
regem (quod nunquam

an
nec
por
ta
f
f
m
mè
retu
cec
qua
tag
à L
mar

De

V
vtar



Princeps. 53

antea apud eos acciderat) necauerunt: ex eoque tempore tantæ discordiæ secuta sunt, vt & tyranni existerent, & optimates exterminarentur, & præclarissimè constituta resp. dilaberetur: nec verò solùm ipsa cecidit: sed etiam reliquam Græciã euertit contagionibus malorum, quæ à Lacedæmoniis profecta, manarunt latius.

Deliberalitate conueniente principi.

C A P. XII.

V I D E N D U M igitur est, vt ea liberalitate vtantur, quæ noceat nemi-

D iii



ni, Quare L Syllæ, C. Cæ-
saris translatio à iustis do-
minis ad alienos, non de-
bet liberalis videri. nihil
enim liberale, quod non
est idem iustum, atq; mo-
deratum.

Libera-
litate
utendum
iusta &
modera-
ta.

Philip-
pus Ale-
xandri
exagitat
largitio-
nem.

Præclarè in epistola qua-
dam Alexandrum filium
Philippus accusat, quòd
largitione benevolentiam
Macedonum consecetur.
Quæ te (malum inquit)
ratio in istam spem indu-
xit, ut eos tibi fideleis pu-
tares fore, quos pecunia
corrupisses? An tu id agis,
ut Macedones, non te re-
gem suum, sed ministrum,
& præbitorem putent: Be-
nè ministrum, & præbito-
rem, quod sordidum regi:
melius etiam, quod largi-

tionem corruptelam dixit esse: fit enim deterior, qui accipit, atq; ad idē semper expectādum paratior. Hoc ille filio, sed præceptum putemus omnibus. malē enim se res habet, cūm quod virtute effici debet, tentatur pecunia.

Philippus tamen non sic cum exteris: nam diffidit vrbium portas, & subruit æmulos reges muneribus: atque omnia castella expugnari posse dixit, in quæ modò afellus onustus auro posset ascendere.

Aristoteles grauitè, & verè reprehendit effusiones pecuniarum, quæ fiunt ad multitudinem delinientiam, immanibus iacturis infinitisq; sumptibus: quæ

Philippus aduersus externos à suis discedit consiliis, & montis. Philippum dictum, & opinio de vi munerum. Effusiones pecuniarum ab Ari.



Stotele
reprehē-
sa.

praesertim neque necessita-
ti subueniatur, neque di-
gnitas augeatur: ipsaque
illa delinitio sit ad breue
exiguūmq; tempus: in quo
tamen ipso vna cum satie-
tate memoria quoq; mo-
riatur voluptatis. Bene
etiam colligit, hæc pueris
& mulierculis, & seruis &
feruorum simillimis liberis
esse grata: graui verò ho-
mini, & ea, quæ fiunt iudi-
cio certo ponderanti, pro-
bati nullo modo posse.

Sequun-
tur 4. li-
berali-
tatis ge-
nera di-
gnaprin-
cipe.
I.
In vsum
reip.

Illæ impensæ meliores
sunt, muri, naualia, portus,
aquarum ductus, omniāq;
quæ vel ad vsum reip. perti-
nent, vel ad utilitatem pu-
blicam: vt redimi è seruitu-
te captos, locupletari te-
nuiores: quod quidem

vulgò solitum fieri ab ordine nostro, in oratione Crassi scriptum copiosè videmus. Hanc ergo consuetudinè benignitatis largitioni munerum lógè antepono: hæc est grauium hominum, atque magnorum: illa quasi assentatorum populi, multitudinis leuitatè volupate quaestillantium. Cõuenit etiam non vno modo in disparibus causis affectũ esse: alia causa est eius, qui calamitate premitur: & eius, qui res meliores quærit, nullis suis rebus aduersis: propensior benignitas esse debet in calamitosos, nisi forte erunt digni calamitate.

Imitandus etiam Cyrus, qui præclara moliētes do-

II.
Ad vtilitatem eorum, quibus benignè fieri resp. est vtile.

Cautio tenenda.

III.
Erga præclara

Confe-
santes.

nis & honoribus auxit: at-
que in omnium excitauit
mentibus ardorem ad glo-
riam. simul studia, quibus
singuli enitebantur in iis,
quæ ille probaret, & elabo-
rare, & excellere.

Cyri mi-
ra comi-
tas.

Hoc autem in genere be-
nignitatis excelluisse, re-
gium fuit. nec mirandum,
cum esset opulentissimus:
sed regem cum suis con-
tendisse, ac dignitatem
cum humilitate de offi-
ciis, id non mediocrem
Xenophôti admirationem
mouet.

Astyagis
monita.

At hæc ille ex aui mo-
nitis atque disciplina, ne
exhauriretur largiendo æ-
rarium, nec deessent alij ad
virtutem, & obsequia sti-
muli: cum non esset facile

semper donare : nec vellet
regia peruagari munera, ar-
millas, torques, frœna au-
rea: quæ apud Persas nemi-
ni habere licuit, cui non ea
rex tribueret.

Dona re-
gia apud
Persas.

Id certè maximè tenen-
dum est, præmia virtutis &
officij sancta & casta esse
oportere: neq; ea, aut cum
improbis communicari,
aut in mediocribus homi-
nibus peruulgari. Etenim
minus erunt homines vir-
tutis cupidi, virtutis præ-
mio peruulgato. Et qui ob
egregia facta honorem a-
depti sunt, si pari indignos
affici viderint, de sua glo-
ria putabunt delibari.

Præmia
virtutis
& officij
non per-
uulgan-
da.

Sit semper officiorum
memoria, atque ratio : nec
appareat vsquam remune-

III.
Ergabe-
nè me-
rentes.

randi, aut deesse voluntas,
 aut non suppetere facultas.
 Benè meritos enim quin
 colas, neq; exorari fas est,
 neq; est excusatio difficul-
 tatis: neq; aequum est tem-
 pore & die memoriam be-
 neficii definire, aut differre
 sed potius anteuertere, ne
 beralitatis fructu priueris
 & gratiæ, idque omnino
 faciendum, si quid in mo-
 destos & verecundiores
 conferendum sit.

Graue est enim homini
 pudenti petere aliquid ma-
 gnum ab eo, de quo se be-
 nè meritum puter: ne id,
 quod petat, exigere magis,
 quàm rogare, & in merce-
 dis potius, quam beneficii
 loco numerare videatur.

Principi Sin benè merentes sint

Beneficia
 quando
 anteuer-
 tenda.

huiusmodi, quorū memo-
ria posteris prodatur, his
ingrato esse non licet. Om-
nes enim immemorem be-
neficii oderunt: nec est ti-
bi horum solis vtendum
existimationibus, ac iudi-
ciis, qui nunc sunt, homi-
num, sed eorum etiam, qui
futuri sunt. Quoniam il-
lorum erit verius iudi-
cium, obtrectatione & ma-
leuolentia liberatum.

ingrato
esse non
licet.

Videndum, ne obsit be-
nignitas, & iis ipsis, qui-
bus benignè videbitur fie-
ri, & ceteris: tum, vt pro
dignitate cuiq; tribuatur.

Benigni-
tas ne
obsit.

Facessant ij, in quibus
neq; pecuniæ modus est,
neq; honoris, neque reli-
quarum cupiditatum: quas
nulla præda vnquam im-

Insatia-
biles
coër-
cendi.



probè parta minuit, sed auget potius, atque inflammat, vt coercendi magis, quàm dedocendi videantur.

De præmiis & pœnis.

CAPVT XIII.

Resp. cō-
tinetur
præmio
& pœna.

Medio-
critas il-
la tenen-
da, quæ
est inter
nimium,
& parum.

SOLON, qui & sapien-
tissimus fuit ex septem,
& legum scriptor solus ex
septem, temp. duabus re-
bus contineri dixit, *præmio*
& *pœna*. Est scilicet vtrius-
que rei modus, sicut reli-
quarum, & quædam in v-
tróque genere mediocri-
tas. Ne sis in honoribus de-
cernendis nimius, & tan-
quam prodigus: nec in ani-

Princeps. 63

in aduersione, poenâ quæ duri-
rior. Sed sceleris poenam
prætermittere, periculo-
sum puto; ne quis talem
amentiam vellet imitari.
Ita probanda est mansue-
tudo, atque clementia, vt
adhibeatur reip. causa seue-
ritas, sine qua administrari
non potest. Salutaris seue-
ritas vincit inanem spe-
ciem clementiæ.

In his, vt in cæteris, op- **Regula**
tandum est, vt ij, qui præ- in seueri-
sunt, legum similes sint, tate, &
quæ ad puniendum, non clemen-
iracundia, sed æquitate du- tia te-
cuntur: atque omnium nenda.
salutem singulorum saluti
anteponunt.

De principis prudentia moderanda temporum, rerum, & personarum ratione: & posita de his tribus varia cautiones, atque regule.

CAP. XIII.

Com-
munis
pruden-
tia.

OMNIBVS artibus volumus attributam esse eam, quæ communis appellatur prudentia. quâ omnes qui cuiq; artificio præsumunt, debent habere: principi eam, quæ est scientia opportunitatis idoneorum ad agendum temporum. Nam res geruntur auctoritate, sententia, consilio: quod

quod ex re, persona, tempore capiendum est: & tāquam nauigium, & curius, ex reip. tempestate moderandum: cum oporteat nō semper eisdem sententias, rationēsue, sed quascunq; reip. status, inclinatio temporum, ratio concordiaē postulat tenere: in magno motu, in conuersione rerum, & perturbatione, temporibus potius parere, quā moribus: & tamen idem semper spectare, nempe dei cultum, salutē populi.

Id enim iubet Plato, quē ego auctorem vehementer sequor, TANTVM con-
tendere in rep. quantum
probare tuis ciuibus possis:
vim neque parenti, neque
patriaē afferre oportere. At-

Plato
nis præ-
scriptū.

que hanc quidem ille cau-
sam sibi ait non attingen-
dæ reip. fuisse, quod cum
offēdisset populum Athe-
niensem prope iam desi-
pientem senectute, tum
eum nec persuadendo, nec
cogendo regi posse vidis-
set, cum persuaderi posse
diffideret, cogi fas esse non
arbitraretur.

Vides quanta vis tem-
porum sit, quanta varietas
rerum, quam incerti exitus,
quam flexibiles homi-
num voluntates: quid ve-
rò insidiarum, quid vani-
tatis in vita, tecum co-
gita.

Cato
nocuit
interdū
reip.

Cato optimo animo viēs
& summa fide, nocuit in-
terdum reip. dixit enim
tāquā in Platonis *πολιτικῆς*

non tanquã in Romuli fã-
ce sententiam: & nimis præ-
fractè ærarium, ac instituta
maiorum defendēs, à sena-
tu, & equestrem ordinem,
& homines clarissimos ab-
alienauit.

Præstare hoc Senator de-
bet, quantum potest, ne
quis vir clarus, aut potens
principi, vel ordini iure
irasci posse videatur: atque
hoc, si inimicissimus alicui
esset, sentire tamen debe-
ret reip. causa.

De priuilegiis & hono-
ribus illud valde confide-
randum, ne iniuria detra-
hantur.

Multis nocuit alienasse
eos, qui valere, aut inge-
nio, aut gratia, aut poten-
tia, aut militari virtute.

E ij

Senator
neminẽ
clarum
offensum
reddat.

Cautio-
nes de
priuile-
giis &
honoribus.



Est grauius spoliari honore, quàm non augeri dignitate: & acriores morfus sunt intermissæ libertatis, quam retentæ.

Inuetus contumeliæ, insolens infamiæ, acer in ferro, ægrè omni animi impetu, dolori, & iracundiæ parer, cùm ex amplo statu concidit.

Nunquam dederis hominem magnis facultatibus ingenij, consilij, gratiæ, immo ne parum sanū nobilem potentem, perditis hominibus, quò con-

Cæsar currant.

alienatus perdidit remp. Romanam;

Cæsar Pompeio contendente, ne ipsius ratio haberetur, descēdit ad extrema, & concitata iuuentute, dignitatem labefactauit

veteris reip & imperij.

Si faciendâ est alicuius magnæ rei mutatio, eam si tempora adiuuabunt facilius cõmodiusque facies: sin minus, sensim erit, pedetentimque faciendâ: vt amicitias, quæ minus delectent, & minus probentur, magis decere censent sapientes sensim dissiuere, quam repentè præcidere.

Mutatio rerum magnarum sensim faciendâ.

In omni fortuna recta & honesta retine. Nihil cuiquam fieri, dari, auferri uidebitur, quod malè cogitatoribus exemplo, aut præsidio sit.

Cautiones firmæ, vt princeps recta præstet suis, hi non declinent ab officio.

Noli tribuere potentibus, quæ cupiditatem & arrogantiam incendere possunt.

Senatus multos decreuit



eximios honores C. Cæsari, & propè singulares: prouinciam extra ordinem: supplicationes numero, vt nemini vllò ex bello: honore, vt omnino nemini: quinquennij imperij prouocationem, vt absentis ratio haberetur: his ille rebus ita conualuit, vt exercitum & prouinciam inuito senatu teneret, impendio magis oderit senatum: rex populi Romani, dominusque omnium gentium concupisceret, idque perficeret. Sed horum omnium fons vnus, imbecillo resistendum fuit, & id erat facile. Pompeius Cæsarem serò cœpit timere: qui mallem tantas ei vires non dedisset, quàm postea tam valētī

Quæ res
Cæsare
ad summum ex-
tulerant
imperium?

restitisset.

Quanta sit in quoque fides, tantum cui que committe: imperium verò eis solùm, quos possis rectè facientes facillè diligere, minus consulentes tibi, facillimè coërcere.

Singularis homo priuatus, nisi magna sapientia præditus, vix facillè seferre regionibus officiorum magnis in fortunis, & copiis continet: nedum in magna fortuna natus, & educatus, semper in laude verus, circumfluens gloria.

Non vides ipsum illum Aristotelis discipulũ, summo ingenio, summa modestia, postquam rex appellatus sit, superbum, crudelem, immoderatum fuisse.

E iij

Quatenus, & quibus principum committenda negotia, & quibus imperiũ.

Humana natura secundis infollescit.

Alexander rex appellatus superbit, & fit immanis.



se? hunc de pompa, Quirini contubernalem, qui sibi opinionis errore sinxerat principatum, cum omnes opes & suas, & populi Rom. Pompeius ad eum detulisset, exercitu populi Rom. populum ipsum Rom. Pompeiunque oppressisse: & civitatem non modò liberam, sed etiam gentibus imperantem seruire sibi coëgisse: At nos malè cauimus reip. qui vlli maiores opes, & miora præsidia, quàm libertas pati potuit, concessimus.

Caesar à
rep. or-
natus
remp.
opprimi-
t.

VII.

Homi-
num ge-
nera qui-
bus nil
cõmit-
tendum.

Nihil ei commiseris, qui omnia ad suam vtilitatem refert: aut cui prudentia in consilio deesse solet. Si quis est, in quo, iam offenderis, de quo aliquid

senferis, huic nihil credi-
deris, nullam partem exi-
stimationis tuæ cōmiseris.

1.
2.
3.

Nemo vnquam sapiens
proditori credendum pu-
tauit.

4.

Culpa illa, B I S A D E V N-
D E M vulgari reprehensa
prouerbio, in statu valde
periculosa habetur.

Qui casus nostri memi-
nerit, nunquam cuiusquam
inuidi, & perfidi consilio
vtetur, nec inerti creditu-
rus est.

5.
6.
7.

Illum verò ne reieceris,
cui acciderit, quod homi-
ni pudenti, & cupido satis
faciendi reip. bonisq; om-
nibus accidere solet, vt
consilium sequatur pericu-
losum magis, dum se pro-
barit, quam tutum, quod

Ornan-
dus, quæ
honestas
ducit in
pericu-
la.



habere possit obtrectationem.

Vas de
statu, &
salute
princi-
pis, non
accipiē-
dus.

Pro nemine, cum age-
tur de tua salute, vel de
summa rerum, vadem ac-
ceperis. Est enim grauior,
& difficilior animi, & sen-
tentia, maximis praesertim
in rebus, pro altero, quam
pecuniae obligatio. Haec
enim solui potest, & est rei
familiaris iactura probabi-
lis: tibi & statui, quod quis
sponderit, quemadmo-
dum soluat, nisi is depen-
ditur, facile patitur, pro quo spo-
nderit?

Cautio
digna
principe.

Sic tibi semper caue, vt
in eorum, a quibus cauē-
dum erit, potestate non
sis, sed illi potius in tua.

Aures
dandae
veris.

Sint aures tuae, quae id,
quod audiunt, existimen-

Princeps. 75

tur audire, non in quas fi-
ctè, ac simulatè, quæstus
causa insulurretur.

Omnium autem est tur-
pissimus, & ob perniciem,
quam struit innocentibus,
coercendus maximè, ca-
lumniæ quæstus.

Calum-
niæ quæ-
stus tur-
pissimus.

Euitandæ sunt omnino,
& obterendæ nefariæ pe-
stes hominum, bono ac
laude aliena dolentiū: quæ
principes nonnunquam a
viris claris alienant, & hos
aliquando immutant prin-
cipi.

Pestes
aulæ.

Hos Agesilaus magis
oderat, quam fures: quod
gravius esse duceret ami-
cis, quam facultatibus spo-
liari. proin, tum benè acci-
dit quum veritas emergit,
& innocentia defensio in-



exclusa respirat: quod aut
 ij, qui ad fraudem callidi
 sunt, non tantum audent,
 quantum excogitant: aut
 ij, quorum eminet audacia,
 atque proiecta est, à consi-
 liis malitiæ deseruntur.

Creduli-
 tatis er-
 ros.

Credulitas error est ma-
 gis, quam culpa, & quidem
 in optimi cuiusque men-
 tem facillimè irrepat. Sed
 hoc vitio decipi in statu
 periculosum.

Quocirca, ne credulita-
 te res summa fallatur, *enst-*

Epichar-
 mea cau-
 tio.

*requeior, illud teneto, Ner-
 eus atque artus esse sapien-
 tia, non temerè credere, &
 tuum sit elogium, Nec de-
 cipi posse, nec vinci.*

Elogium
 magni
 princi-
 pis.

De principis annulo, senatu, senatoribus, & consilio.

C A P. XV.

SIT annulus tuus, non ut
vas aliquod, sed tanquā
ipse tu : non minister alie-
næ voluntatis, sed testis
tuæ.

Annulus
facet.

Senatus sit ἀρεοε πᾶτος,
constans, seuerus, grauis,
fortis.

Senatus
quis.

Omnia tuus senator præ-
stet reip. quæ præstare de-
bet is, qui est in eo gradu
collocatus: nec illa modò,
quæ nimirum sola ab ho-
mine sunt præstanda, fidem
vigilantiam, patriæ carita-

Quæ a
senatore
præstan-
dat



tem ea sunt enim, quæ nemo est, qui non præstare debeat. Ego autem ei, qui sententiam dicat in principibus de rep. puto etiam prudentiam esse præstandam. nec me, quum mihi tantum sumserim, ut gubernacula reip. præderem, minus putarim reprehendendum, si inutiliter aliquid senatui suaferim, quã si infideliter. Neque etiam me cõsuerim excusandum, si cum resp. erit tuenda, vel defatigatus requiem quaesierim ex magnis occupationibus, vel statuerim minus bonis temporibus in senatum non venire. quia *nulla lassitudo, aut timor impedire officium, & fidem debet.*

Vtendum consilio fidelium, & sapientum: hisque tribuenda est auctoritas.

Quorum consilio utendum.

Neutiquam ferendum, vt contemnatur. sin quis tanta improbitate vsus fuerit, cogitandum, in illorum iniuria te esse despectum, auctoritatemque tuam abiectam: omnia huiusmodi, ad exemplum esse pernicioſa, & ne progrediantur, coercenda. Serpit enim malum consuetudine peccandi: ac in audacibus crescit, cum poena affuit, & licentia consecuta est.

Principi sit iniuria, quae fitijs, qui sunt a consiliis.

Non parum proderit secretò in concilium arcesſere, quos fide, & rerum vsu ceteros anteire noueris vt cum eis rerum euentu, acta, & agenda commu-

Singularis cautio in de liberationibus & consilijs.



nices, & examines: ac quid sentiant liberè proferre iubeas, vel in præsentì, si conuenit, vel si res grauior est, & differri possit, ea delibèrata. Sic enim, quæ ab eis tractabuntur, maturitatem tibi dabunt discernendi vera à simulatis, ac animaduertendi, quid factu sit melius: & tu magna cum laude ac fructu edes, quæ illi consulta ad te, & exquisita deferent.

*De assentatoribus
vitandis.*

C A P. XVI.

Assentatores vitandi.

CAUENDVM, ne assentatoribus patefacias aures.

Princeps. 81

Maie. Malè Pompeius, qui
in bello, cùm omnium no-
strum coniunctum esse pe-
riculum suo cereret, cer-
torum hominum minimè
prudentium consilio vte-
batur.

Neutiquam commit-
tendum, vt existimeris ve-
ritatem odisse, in recta
consulentes iracundiam
exercere, & odia: quæ sunt
venena fidelium consilio-
rum, escæ prauorum, inci-
tamenta perfidiæ, lenoci-
nia obsequi quod errori-
bus indulgens, præcipites
multos ferri sinit. Maxima
autè culpa in iis est, qui &
veritatè aspernantur, & in
fraudè obsequio impellū-
tur, quod illi potissimùm
faciunt, qui ipsi sibi assen-

Verita-
tis odiū,
quæ pa-
riat ma-
la.

Obse-
quium
fraudu-
lentum,

F



rantur, & se maximè ipsi
delectât. Omnino est amâs
sui virtus: optimè enim se
ipsa nouit, quàmque ama-
bilis sit, intelligit. Ego autè
non de virtute nūc loquor,
sed de virtutis opinione.
Virtute enim ipsa non tam
multi præditi esse, quàm
videri volunt. Hos delectat
assentatio: his fictus ad ip-
sorum voluntatem sermo,
quum adhibetur, oratio-
nem illā vanam, testimo-
nium esse laudum suarum
putant. Nullum est igitur
hoc obsequium, quum al-
ter verum audire non vult,
alter ad mentiendum pa-
ratus est.

Vera af-
pernan-
tis salus

Cuius autem aures, ita
clausæ veritati sunt, vt ver-
rum audire nequeat, huius

salus desperanda est.

desperanda.

De auctoritate retinenda:

Et vitandis pravis animi affectibus, quibus hæc minuitur.

CAP. XVII.

CONSTANTIA est adhibenda, & graui-
tas, quæ resistat non solum
gratiæ, verum etiam suspi-
cioni.

Cautio-
nes uti-
les, & ne-
cessariæ
ad digni-
tatem,
auctori-
tatemq;
retinen-
dam.

Sapiens etiam imitan-
dus prætor, qui offensio-
nem vitæ æquabilitate de-
cernendi, benevolentiam
adiungit lenitate audien-
di, & in satisfaciendo dili-
gentia.

I.
II.

In summa, ea sit guber-

III.

F ij



nandi ratio & vita, in qua non resideat in certitudine, aut leuitatis vlla suspicio.

III

Nunquam omnino committendum est, vt imbellis timidusque videare.

V

Si quid metuendum accidit, dissimula: praesenti animo vttere, & consilio, nec a ratione discede, quod fecit nostra respublica cum saepe alias, tum maximè bello Punico secundo: quae Cannensi calamitate accepta, maiores animos habuit, quam vnquam rebus secundis: Nulla timoris significatio, nulla mentio pacis

Neque, enim decet, aut conuenit principi periculo vlli submittere animū.

Quemadmodum scilicet

Princeps. 85

rum gradus, si alios tollas,
alios incidas, nonnullos
malè cohærentes relin-
quas, ruinæ periculum struas, nõ
ascensum pares: Ita si in
acerbis casibus reip. ipsam
reliqueris dissolutam, nec
te ostenderis in confirman-
da tuorum salute, aut peri-
culum morando fortem,
perniciem accelerabis, non
reparabis, quæ dilapsa sunt.

Quæ consilio prouideri
poterunt, caue: atque perfice,
vt minus sapienter pro-
uisa, diligentia tua corri-
gantur. Vidi Pompeium
XIIII. calendæ Februarias,
plenum formidinis: illo
ipso die sensi, quid ageret:
nunquam mihi postea pla-
cuit, nec vnquam aliud in
alio peccare destitit; non

F iij

VI.

Pompei
errores
o8o.

animus erat, non cōsiliū,
 non copiā, non diligentia.
 Mitto illam fugam ab vrbe
 turpissimam, timidam in op-
 pidocōciones, ignorantē
 non solū aduersarii, sed
 etiā suarum copiarum, quid
 quæris? Nihil boni præter
 causam, causam solam Cæ-
 saris causa non habuit: cæ-
 terisq; rebus abundauit, vi-
 gilia, celeritate, diligen-
 tia; qua si vñ essent nostri,
 remp. recuperasset.

**Ani-
 tria vitia
 indeco-
 ra valdè
 principi.**

I.

II.

Vt in hoc gradu positum,
 animo esse nolim fracto re-
 bus in asperis, si nec com-
 munem naturæ sensum re-
 pudicante. hanc enim animi
 duxitiam, sicut corporis,
 quod cū vitur, non sen-
 tit, stuporem potius, quàm
 virtutem putarim.

Fugiendum etiam illud,
ne proiciat, & offerat se
periculis sine causa: quo
nihil potest esse stultius.

Gloriam in morte de-
bent principes, non culpæ
reprehensionem, & stulti-
tiæ vituperationem relin-
quere.

Laudanda Planci sapien- Plancus
tia, qui per hanc temerita- propo-
tem labi noluit. duobus nitur ad
enim exercitibus coniu- imitan-
ctis, obicere exercitum fi- dum.
delissimum, maxima auxi-
lia, principes Galliæ, pro-
uinciam cunctam, summæ
dementiae, & temeritatis
esse vidit: sibi que, si ita op-
pressus esset, remque pub.
secum perdidisset, mortuo
non modò honorem, sed
misericordiam quoq; de-
suram. F iij

Mors
Trebo-
nii cur
non do-
lenda?

Boni luxerunt mortem
Trebonij. At fuere tamen,
qui dicebant (duri illi qui-
dem, sed tamen dicebant)
minus dolendum, quòd
ab homine impuro, nefari-
oſque non cauerit.

*Qua ad se, & principa-
tum tuendum, facere,
ac parata habere prin-
ceps debeat.*

CAP. XVIII.

Rex
Ariobar-
zanes Ci-
ceronis
consilio
serua-
tus.

QVI multorum custo-
dem se profitetur, cū
sapientes sui primū capi-
tis aiunt custodem esse
oportere: vt sui me moni-
tore fuerat rex Ariobarza-
nes.

Nam quum senatus auctoritas intercessisset, ut eius regis salutem & incolumitatem defenderet: regi regnoque praesidio essem: adiunxissetque salutem eius regis populo senatuique magnae curae esse, quod nullo unquam de rege decretum esset à nostro ordine: iudicium senatus ad eum detuli, & patefactis insidiis, quas vitae illius & regno fieri intelligebam, monui regem, ut omnem diligentiam ad se conservandum adhiberet: amicosque iam patris eius iudicio probatos hortatus sum, regis sui vitam, docti casu acerbissimo patris eius, omni cura custodiaque defenderent: illi etiam cohor-

Decretum senatus Rom. singulare.



ratus sum, vt in sua vita conseruanda primum regnare disceret: à quibus perspexisset sibi insidias paratas, in eos vteretur iure regio: pœna afficeret eos, quos necesse esset: reliquos metu liberaret: præsidio exercitus mei ad eorum, qui in culpa essent, timorem potius, quam ad contentionem vteretur: sic ego eum præsentibus insidiis liberaui: neque solum ei salutem fui, sed etiam curauim, vt cū auctoritate regnaret.

Subditorum cautio. Principis cautio, subditorum cautio est. ex vnius plerumque vita pendet salus omnium.

Princeps imparatus ab armis. Nihil est magis necessarium, quam parata habere semper arma, quibus vel

ipſe tectus eſſe poſſis, vel
prouocare improbos, vel
te viciſci laceſſitus: item
ornatas habere naues in
prouinciis, quæ exitus vn-
dique habent maritimos.
Siquidem in iis naualis
apparatus, & mari pluri-
mum poſſe, cura debet eſſe
antiquiſſima, conſilio The-
miſtocleo: quo qui mare
teneat, rerum potiri poſſe
exiſtimatur.

Appara-
tus naua-
lis qui-
bus pro-
uinciis
neceſſa-
rius.

Immo hoc amplius, exi-
ſtimo in regione atq; pro-
uincia, quæ mari cincta,
portibus diſtincta, inſulis
circundata eſt, non ſolùm
preſidii, ſed etiã ornãdi im-
perii cauſa nauigandũ eſſe.
hæc enim ratio, ac magni-
tudo animorum in maiori-
bus noſtris fuit, vt, cùm in

privatis rebus, suisque sum-
ptibus minimo cōtenti, te-
nuissimo cultu viuerēt: in
imperio, atque in publica
dignitate, omnia ad gloriā,
splendorēque reuocarēt.
quæriturenim in re dome-
stica continentia laus: in
publica dignitatis.

*De otiosis ad laborem tra-
ducendis: Ut omnes sibi
sint & statui viles;
inertes, aut turbulenti
nulli.*

CAP. XIX.

Dedu-
ctio vti-
lis reip: **S**I vspiam agri fuerine
deserti a plebe, atque à
cultura hominum, fiat in

eos deductio, vt sentinæ
prouinciarum vrbiumque
exhauriantur, & solitudo
frequentetur: idque sine
iniuria veterum possesso-
rum, vt non alteros demo-
uiffle, sed vtrofque consti-
tuffle videare.

Omnia tenenda ratio,
qua ab ocio traducantur
animi ad honestas & vtilis
vitæ artes, studia, labores.
Id variè fiet: primò si velut
certamina quædam con-
stituantur in singulis, & iis
præmia, qui cæteris præ-
stiterint. Quæ enim rara &
ardua sunt, ea ex præmio
pulchra & iucunda homi-
nibus videri solent.

Magnam etiam habet
vim reip. disciplina. Cre-
tum leges, itemque Lycu-

4. Ponū-
tur mo-
di, qui-
bus ab
ocio ad
labores
tradu-
centur
ciues.

I.
Præmia
consti-
tuenda
excel-
lenti.

II.
Publica
discipli-
na.

n-
e-
in
ca
iā,
ēt.
ne-
in

—
a-
bi
es:
nti

ne
eā
ia



gi, laboribus erudiunt iu-
uentutem, venando, cur-
rendo, esuriendo, sitiendo,
algendo, æstuando. Illi
enim, qui Græciæ formam

Iuuenū
corpora
labore
firmata,
Græco-
rum le-
gibus.

rerum publicarum dede-
runt, corpora iuuenum fir-
mari labore voluerūt: quod
Spartiatæ etiam in foemi-
nas transtulerunt, quæ ce-
teris in vrbibus, mollissimo
cultu, parietum vmbri oc-
culuntur: illi autem volue-
runt nihil horum simile ef-

Lacæna
vir gi-
nes.

se apud Lacænas virgines:
quibus magis palæstra, Eu-
rotas, sol, puluis, labor, mi-
litia studio est, quàm ferti-
litas barbara.

Respon-
sum
Spartia-
ta.

Fuit hæc gens fortis, dum
Lycurgi leges vigeabant, è
quibus vnus, cum Perse
hostis in colloquio dixit.

set glorians, solem præ iaculorum multitudine & sagittarum non videbitis: In umbra igitur, inquit, pugnabimus. Viros commemoro. qualis tandem Lacæna? quæ cum filium in prælium misisset, & interfectum audisset: Iccirco, inquit, genueram, ut esset, qui, pro patria, morti non dubitaret occumbere.

Lacæna
respon-
sum.

Esto: fortes & duri Spartiæ, quid Romani? nostri exercitus primùm vnde nomen habent, vides; deinde qui labor, quātus agminis: ferre plus dimidiati mensis cibaria: ferre, siquid ad vsum velint: ferre valium. nam scutum, gladium, galeam in onere nostri milites non plus numerant,

Exerci-
tus Rom.

Milites
Rom.



quàm humeros, lacertos,
manus: arma enim, mem-
bra militis esse dicunt: quę
quidem ita geruntur aptę,
vt, si vsus foret, abiectis
oneribus, expeditis armis,
vt membris, pugnare pos-
sint. Quid exercitatio le-

Exerci-
tatio le-
gionum.

gionum? Cur tantum inte-
rest inter nouum & vete-
rem exercitum? ætas tiro-
num plerumque melior:
sed ferre laborem, contem-
nere vulnus consuetudo
docet. Quinetiam est in-
temperans militaris in for-
ti viro gloria.

3.
Gloria.

Omnino clari & nobili-
tati labores sunt faciles.

4.
Hono-
res?
Quid nõ
designat
honos?

Quę flamma est, per
quam non currunt ii, qui
honores ambiunt? Itaque
semper Africanus Socrati-
cum

cum

cum Xenophontem in manibus habebat: Cuius in primis illud laudabat, quod diceret eisdem labores non esse æque graves imperatori & militi: quòd ipse honos laborem leuiorem faceret imperatorum.

Multas ad res peritiles Xenophontis libri sunt: quos lege quæso studiose: quàm copiosè ab eo agricultura laudatur in eo libro, qui est de tuenda re familiari, qui Oeconomicus inscribitur: atque ut intelligas nihil ei tam regale videri, quàm studium agricolendi, Socrates in eo libro loquitur cum Critobulo, Cyrum minorem, Persarum regem, præstan-

Xenophon legendus.

Studium regale.



tem ingenio, atque imperii gloria, quum Lyfander Lacedæmonius vir summe virtutis venisset ad eum Sardis, eique dona à socijs attulisset: & cæteris in rebus comem erga Lyfandrum, atque humanū fuisse: & ei quendam conscriptum agrum, diligenter consitum ostēdisse. quum autem admiraretur Lyfander, & proceritates arborū, & directos in quincūcem ordines, & humum subactam atque puram, & suavitatem odorum, qui affarentur è floribus: tum eum dixisse, mirari se non modò diligentiam, sed etiam solertiā eius, à quo essent illa dimensa, atque descripta: & ei Cyrum re-

Spondisse, atqui ego omnia ista sum dimensus, mei sunt ordines, mea descriptio; multæ etiam istarum arborum mea manu sunt factæ. tum Lysandrum intuentem purpuram eius & nitorem corporis, ornatumque Persicum multo auro, multisque gemmis dixisse: Rectè verò te, Cyre, beatum ferunt, quoniã virtuti tuæ fortuna cõiuncta est.

Ager à
Cyro di-
mensus,
& consä-
tus.

*De Virtutibus, quæ ani-
mos principi conciliant:*

Et Virtus, quæ alienat.

C A P. XX.

VACANDUM est omni Trāquil-
ni perturbatione, ut licatis
bona.

G ij



tranquillitas adsit, & securitas, quæ afferat tum constantiam, tum etiam dignitatē, nihil enim laudabilius, nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate, atque elementia.

Affabilitas sermonis benevolentiam conciliat.

Difficile etiam dictu est, quantopere concilier animos comitas affabilitasque sermonis. Extant epistolæ & Philippi ad Alexandrum, & Antiparti ad Cassandrum, & Antigoni ad Philippum, trium prudentissimorum (sic enim accepimus) quibus præcipiunt, ut oratione benigna multitudinis animos ad benevolentiam alliciāt, militesque blandè appellando, sermone deliniant.

O Diſ immortales! quã Res ma-
magnum eſt perſonam in gna per-
rep. tueri principis! quã ſonam
non animis ſolum debet, tueri
ſed etiam oculis & auribus principi.
ſeruire ciuium: ne aſpera
videatur natura, difficilis
aditus, ſeuerior vultus, ſu-
perba reſponſa, inſolens
vita.

Exercenda eſt facilitas,
& altitudo animi, quã di-
citur: ne ſi iras caris, aut in- Mala
teſtitiuè accedentibus, iracun-
aut impudenteſ roganti- dia.
bus, in moroſitatem muti-
lem, & odioſam incidas;
atque vincaris artificio be-
neuoſentia colligendã ab
iis, qui neque Cyrum Xe-
nophontis, neque Ageſi-
laum nouerunt: quorum
regum ſummo in imperio

nemo vnquam verbum vllum asperius audiuit. quod contra fit a barbaris: quorum sunt hæc imperia, animaduerte, & dicto pare: & præter rogatum si loquere: & illæ minæ, si te secundo lumine hic offendero, moriere: quæ non, vt delectemur solum legere & spectare debemus, sed cauere etiam, & fugere discamus.

Nullæ sunt vehementiores animi concitationes: nulla maledicta, nulla conrumelia: quæ cum abhorrent ab humanitate, tum verò cõtraria sunt imperio & dignitati. Nam si implacabiles sunt iracundiæ, summa est acerbitas, si autem exorabiles, summa leuitas, quæ tamen (vt in

malis) acerbitati antepo-
nenda est. Quid Achille
Homericæ fœdus? quid
Agammemnone in iur-
gio? Nam Aiace quidem
ira ad furorem mortem-
que perduxit. Alexander
rex cum interemisset Cli-
tum familiarem suum, vix
à se manus abstinuit: tanta
vis fuit pœnitendi.

Nihil est tam deforme,
quàm ad summum impe-
rium etiam acerbitatem
naturæ adiungere. Nec
quicquam incendit magis
odia, offensionesque ho-
minum, quàm ad iniurias
omnia cœquare. Habet
enim quendam aculeum
contumelia, quem pati pu-
dentes, ac viri boni diffi-
cillimè possunt, nedum

Contu-
meliarum
aculei
perniciosa.



104 Ciceronis
factiosi aut insolentes, ani-
mo mobili, & elato.

*Principii curæ, officia, stu-
dia qualia sint: & in
quibus posita.*

CAP. XXI.

Plato-
nis præ-
cepta
duo.

OMNINO qui præfu-
turi sunt, duo Plato-
nis præcepta tenent, vnum,
vt utilitatem ciuium sic
tueantur, vt quidquid agant,
ad eam referant, obliui com-
modorum suorum: alte-
rum, vt totum corpus regni
curent, ne dum artem ali-
quam tuerentur, reliquas de-
serant. Qui autem parti ci-
uium consulunt, partem



negligunt, rem pernicio-
sissimam inducunt, discor-
diam.

Hinc non solum seditiones,
sed pestifera etiã bella
ciuilia quæ grauis &
dignus principatu fugiet,
atque oderit, tradetque se
totum, vt omnibus consu-
lat: imprimisque operam
dabit, vt iuris, & iudiciorũ
æquitate suum quisque te-
neat, & neque tenuiores
propter humilitatem cir-
cũueniantur: neq; locuple-
tibus ad sua, vel tenẽda, vel
recuperanda obsit inuidia.

Ac mihi quidem viden-
tur omnia esse ab iis, referẽ-
da, qui præsit aliis, vt ii, qui
eorũ in imperio erunt, sint
quàm beatissimi: nullæ sint
seditiones, nullæ discor-

Turis &
iudicio-
rum æ-
quitas.

Quo re-
referen-
dæ a-
ctiões
princi-
pum?



Curarum
studio-
rumque
variapo-
nuntur
genera,

diæ tollantur latrocinia,
cædes reprimantur: remo-
ueatur a fama, & à fortunis,
& ab otio locupletium illa
acerbissima ministra auari-
tiæ calumniæ. curandum, vt
sumptus, & tributa, ab om-
nibus tolerentur æquabi-
liter: ne sit æs alienũ, quod
reip. noceat, prouidendum:
facillimi sint aditus ad te,
pateant aures tuæ querelis
omnium: nullius inopia, ac
solitudo, non modò vllò
populari accessu, sed ne do-
mo quidem tua sit exclusa:
toto denique in imperio
nihil acerbum sit, nihil cru-
dele, atque omnia plena
clementiæ, mansuetudinis,
humanitatis.

Eam legem tibi statue, vt
quocunq; ueneris, lux

Princeps. 107

venisse, & salus videatur. & non te vnum, sed omnes ministros imperij tui, præstare videare. Quid autem reperiri tam eximium, aut tam expetendum potest, quam non itineribus tuis perterri homines, non sumptu exhauriri, non aduentu comoueri: esse quocunq; veneris, & publicè, & priuatim, maximam lætitiā: cum vrbs custodem, non tyrannum, domus hospitem, non expilatorem recepisse videatur.



Septem à quibus principis,
 & principatus ruina,
 aut salus proficiscitur,
 atque pender.

CAP. XXII.

I.
 Beneuo-
 lencia.

II
 metus;
 III.
 Odium.

BERVM autem om-
 nium nec aptius est
 quicquam ad imperia tuē-
 da, ac tenenda, quam dili-
 gi: nec alienius, quam ti-
 meri. Preclarè enim Ennius
 » quem metuunt, oderunt;
 » quem quisque odit, pe-
 risse expetit.

Multorum autem odiis
 nullas opes posse obsistere,
 si antea fuit ignotum, nu-
 per est cognitum. Malus
 enim est custos diuturni-
 tatis, metus: contraque

benevolentia fidelis, vel
ad perpetuitatem. & verò,
qui metui volūt, Dionysius
tyrannus indicauit quam
sint beati. nam cūm qui-
dam ex eius assertoribus
commemoraret in sermo-
ne copias eius, opes, maie-
statem dominatus, rerum
abundantiam, magnificen-
tiam ædium regiarum, ne-
garētque vnquam beatio-
rem quenquam fuisse: vís-
ne igitur, inquit, ó Damo-
cle, quoniam hæc te vita
delectat, ipse eandem de-
gustare, & fortunam expe-
riri meam? cum se ille cu-
pere dixisset: collocari ius-
sit hominem in aureo le-
cto, strato pulcherrimo
textili stragulo, magnifi-
cis operibus picto: abacó.

Vita &
fortuna
Dionysij
egregiè
expressa.

que, complures ornauit argento, auróque cælatum ad mēsam eximia forma pueros delectos iussit confiltere, eosque ad nutum illius intuentis diligenter ministrare; aderant vnguenta, coronæ, incendebantur odores: mensæ conquiritissimis epulis exstruebantur. fortunatus sibi Damocles videbatur. in hoc medio apparatu fulgentem gladium è lacunari seta equiua appensum demitti iussit, vt impendēret illius beati ceruicibus. Itaque nec pulchros illos administratores aspiciebat, nec plenum artis argentum, nec manum portigebat in mensam: iam ipsæ defluerant coronæ: deni-

que exorauit tyrannum, vt
abire liceret, quòd iam bea-
tus noller esse. Satisne vi-
detur declarasse Dionysius
nihil esse ei beatum, cui
semper aliquis terror im-
pendeat? Atque ei ne in-
tegrum quidem erat, vt ad
iustitiam remigraret, ciui-
bùsque libertatem & iura
redderet. ijs enim se ado-
lescens improuida ætate ir-
retierat erratis, eaque com-
miserat, vt saluus esse non
posset, si sanus esse capisset.
Omni cultu & victu huma-
no carebat: vivebat cum
fugitiuis, cum facinorosis,
cum barbaris: neminem,
qui aut libertate dignus es-
set, aut vellet omnino liber
esse, sibi amicum arbitra-
batur: omnes metuebat.

Etenim qui se metui vo-
lent, à quibus metuuntur,
eisdem metuāt ipsi neces-
se est. nec verò vlla vis im-
perij tanta est, quæ premen-
te metu possit esse diutur-
na. Testes nos ipsi, qui
vexatis & perditis exteris
nationibus, bellis plecti-
mur ciuilibus. ex quo pa-
rietes modò vrbs stant, &
manent, iique ipsi iam ex-
trema scelera metuentes,
rem verò publicam peni-
tus amisimus: atque in has
clades incidimus, dum
metui, quam cari esse, &
diligi maluimus.

Exitij
seip.
Rom.
causa.

Proui-
siones a-
ptæ ad
diutur-
nitatem
imperij
Nihil verò est ad diutur-
nitatem aptius, quam pro-
uideere, ne imperantis di-
gnitas violetur, ne nomen
imperij in cōmune odium
voctetur.

Princeps. II;

vocetur. graue enim est
nomen imperii: atq; id etiã
in leui persona pertimesci-
tur, propterea, quod missi
cum imperiis mittentium,
non suo nomine abutun-
tur: & suas sordes cū isto-
rum splendore permiscet.

Sit is, cui potestatem
permiseris, non suã, sed
tuã lenitatis minister; ma-
iorãque præferant fasces
illi ac secures dignitatis
insignia, quam potestatis.

Toti sit imperio cogni-
tum tibi omnium salutem,
liberos, famam, fortunas,
esse carissimas.

Denique hæc opinio sit,
non iis modò, qui aliquid
tutpiter acceperint, sed iis
etiam qui dederint, te iní-
micum, si id cognoueris,

H

III

Existi-
matio.

V.

Missi cū
imperiiis

Quomo-
do de-

bent mi-
nistri

principū

sua exe-
qui offi-

cia, & se-
gerere.

VI
Ministri.VII
Magi-
stratus.

futurum. Neque verò quif-
quam dabit, cùm erit hoc
perspectum ministros im-
perii, atque magistratus,
ita laborare de existima-
tione sua, vt ista lex non
perfringatur, *Vim nefaciū-
to: donum ne capiunto, neue
danto, neue petenda, neue ge-
renda, neue gesta potestate:*
nec te posse ferre, vt quif-
quam ea, vel potestate,
quam tu ad dignitatē per-
miseris, vel officio, quod
in beneficii loco detuleris,
vel cura, quam laboris mu-
nerisq; ratione dederis, ad
quæstum abutatur: propte-
rea nihil iniurium, aut ad
famam fordidum, per eos
qui simulant apud te mul-
tùm posse, abs te solere im-
petrari. Nec tamen est hæc

oratio mea huiusmodi, vt
te in tuos, aut durum esse
nimium, aut suspiciosum
velim, sed in credendo
cautum, ac diligentem in
obseruando; vt quæ para-
rint, benè parata sint, nullo
neque turpi quæstu, ne-
que odioso: & magis libe-
ralitate vtantur tua, quàm
sua libertate.

Neque sane placet, præ-
sertim cum hi motes tan-
tum iam ad nimiam leui-
tatem & ambitionem in-
cubuerint, scrutari omnes
sordes, excutere vnum-
quémq; eorum: sed iis, qui
& omnes vias pecuniæ se-
quuntur, & omnia pecuniæ
causa faciunt, nihil credere.
Pragmatici homines om-
nibus historiis, præceptis,

Cautio
ris duæ
Pragmatis
ticorum.

versibus deniq; cauere iu-
bent, & vetant credere: sta-
timque, vt quisque ali-
quid rectè fecerit, omnia
dare, & permittere.

*Præsidia IIII. quibus Prin-
ceps se & principatum
firmare debet.*

C A P. XXIII.

I. **N**ihil tua magis in-
teresse puta, quam le-
tissimorum hominũ, qui
in aliquo genere laudis &
industriæ excellunt, nomi-
na tenere, ingenia nosse,
& honores ab ip-
so prin-
cipe pro-
uehendi. munera, tu delectos iudi-

cio, & vni tibi, à quo illa proficisci debebunt, astrictos: vt habeas vndique pro te excubantes, ac velut in præfidiis collocatos, ne quid lædat, ne quid offendat.

Ad tenendum etiam tranquillè in tuos imperium, caput est, prouidere, vt non modò qui summis augentur honoribus, imperiis, potestatibus, sed etiam qui præfidiis, ac propugnaculis præfunt, ex te vno pendeant: idque in arcanis habendum est imperii: vt occasionibus occurras, spes frangas, ambitionem præuertas eorum, qui violentas opes, ac potentiam non ferendam sperabunt, aut concupiscent.

II

Qui in imperio plurimū possunt, à principe solo pendeāt.

H iij



III
Obeun-
da pro-
vinciæ
statis tē-
poribus.

Obeundæ statis sunt tē-
poribus provinciæ, vt in-
iuriæ, libidines, conatús-
que nefarii comprimantur: ac ijs reip. partibus,
quæ maximè laborant, me-
dicina afferatur tempesti-
ua, & morbo fortior. Quæ
enim procul sunt à conspe-
ctu principis, studio cu-
randa sunt maiore, firmio-
ribus munienda præsiidiis,
luminibus clarioribus il-
lustranda: cum antè om-
nia commutari, quàm au-
diri possint. In sede verò
imperii, in oculis princi-
pis, nihil ferè potest exi-
stere, quod non antè extin-
gui atque opprimi potest,
quàm planè exortum ac
natum sit. Neque tam hîc
facilè à potentioribus &

Remo-
tiora cur-
diligen-
tius ob-
seruanda.

ministris imperii tenuiores violantur, spoliantur locupletes, quàm in provinciis: in quibus vexati, hoc sæpe iure sunt, vt iis ne deplorare quidem de suis incommodis liceat.

Incommoda prouincialium.

IIII.

Alegibus non discendum.

Interea quoniam populus omnia commoda sua, iura, salutem legibus obtinet, cauendum ne à legibus recedatur. Oportet enim omnia lege, quasi mente quadam regi, & administrari: cum, vt corpora nostra sine mente: sic ciuitas sine lege, suis partibus, vt nervis, & sanguine, & membris vti non potest.

H iij



*De prudentia in externis,
& erga externos cautio-
nes xxxvij.*

CAP. XXIII.

- I. **A** GEVERÒ, ne quæ do-
mi sunt solum me-
ditere : exterorum status,
voluntates, vires, foedera,
pactiones, & consilia sunt
cognoscenda.
- II. In primis, caue ne largi-
tionibus vlli tuorum ab iis
corrumpantur, fidem pro-
dant, & tua consilia ad il-
los deferant: ne sociorum
mentes à te auertantur: ne
copia, quas simulatione
aliò sibi compararint, subi-
tò ad tua conuertantur pe-
ricula.
- III.
IIII.

Magni præterea refert
scire, quid alij reges, quid
nationes, quid hostes,
quid socij de te, tuo impe-
rio, statu, potentia existi-
ment: cùm soleant homi-
nes, in tantis rebus, vt, aut
contemnant, aut metuant,
aut oderint, aut ament, opi-
nionem non minus famæ,
quam aliqua certa ratione
commoueri.

V.

Colendæ summa bene-
uolentia nationes officijs,
vetustate, fide, periculis,
scedere coniunctæ.

VI.

Non his modò seruen-
tur æqua, sed & alijs: ne
quid exteris a ciue fiat du-
rum, agreste, vel iniurium:
ne qua in re contra ius gen-
tium peccetur.

VII.

Canibus, quæ sunt ca-

num relinquuntur; adulatio erga domesticos, & odium in externos

Malè qui peregrinos urbibus vti prohibent, eosq; exterminant: quoniam dirimunt communem humani generis societatem.

VIII. At neuiquam ferendi, qui speculandi causa adveniunt, aut aliter declinant ab officio: quod est nihil præter suum negotium agere, nihil de alio anquirere, minimèque in aliena esse rep. curiosos.

IX. Vitandæ sunt inimicitia vicinorum, & posteritatis otio consulendum:

X. Non conturbaueris ea, in quibus ipsorum salus est: ne aut impiam cupiditatem contra salutem tuam

habeant; aut commodis of-
ficiant tuorum.

Non sunt illa, quæ forsi-
tā ne sentimus, parua: quòd
in pace multò locupletio-
ribus ciuibus utimur: quòd
habent propinquas remo-
tāsque regiones fructuo-
sas, quòd facilè excurrant:
vbi libenter negotium ge-
rant: quos illæ, partim mer-
cibus suppeditandis, cum
quæstu, compendiòq; di-
mittunt, partim vt negotia-
ri libeat; vt denique sedes
ac domicilium collocare:
quod commodum nō me-
diocre populi, & principis
est, tantum ciuium nume-
rum alibi, tam bonis fru-
ctuosisq; rebus detineri.

Pacis
commo-
da.

Si qua à tuis accepta est
offensio, inscientia, aut per-

XI.

ueritate foederatorum, le-
nem te præbe, vt violata
expientur: & tua, quæ sunt
sanctissimè cōseruata, suam
religionem obtineant.

XII.

Curandum, vt à piratis
mare sit liberum, nauigan-
tibus tutum: propugnacula
imperii, & præsidia prouin-
ciarum firma: classès orna-
tæ: mercatores, & agrico-
læ, non modò à calamitate,
sed etiam à metu calamita-
tis defendantur.

XIII.

XIIII.

XV.

XVI.

Nam in cæteris rebus,
cùm venit calamitas, tum
detrimentum accipitur: at
in cultura agrorum, & in
uestigalibus, non solùm
aduentus mali, sed etiam
metus ipse affert calamita-
tem. Siquidem, cùm ho-
stijum copiarum non longè ab-

sunr, etiamsi nulla irruptio facta sit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deseritur, mercatorum navigatio conquiescit. Quare sæpe totius anni fructus vno rumore periculi, atque vno belli timore amittitur.

Non permittendum, vt apud exteros fiant iniuriæ negociantibus: quorum per se res, & fortunæ curæ esse debent: & multorum ciuium calamitas a rep. se iuncta esse non potest. Non possunt enim vna in ciuitate, prouincia, aut regno multi rem atque fortunas amittere, vt non plures secum in eandem calamitatem trahant.

Ab hoc periculo prohibenda est resp. & omni stu-

XVII.

dio incumbendum, in quo
 vel gloria tui nominis &
 imperii, vel salus socio-
 rum, vel fortunæ plurimo-
 rum ciuiū cum rep. conser-
 uātur, defendūtur, augētur.

Porro nihil est tam re-
 gium, tam liberale, tam mu-
 nificum, quā opem ferre
 supplicibus, dare salutem,
 liberare periculis (etsi diffi-
 cilis sit cura rerum aliena-
 rum) idque etiam perutile,
 & opportunum est ad po-
 tiendum, si quid expectas.

XVIII.

Nihil in discrimine nemiū
 videbitur. Sed non satis
 verbis tum cauere. quia di-
 ligētius homines metuūt,
 quam meminerint. & ne-
 scio quomodo facilius in
 timore benigni, quam in
 victoria grati reperiantur.

Si verò ex fœdere auxi-
lia petantur, prætermitti de-
fensio, deserique officium
non potest: fœdus liqui-
dem sacrosanctum est: im-
perium gloria debet ful-
tum esse, & benevolentia
sociorum. Quare propter
socios nulla ipsi iniuria la-
cessiti maiores nostri cum
Antiocho, cum Philippo,
cum Ætolis, cum Pœnis
bella gesserunt. Tibi verò
nihil ad existimationem
esset turpius, quàm si tu, qui
alienissimis a te, salutem exi-
stimareris fuisse, sociis au-
xilium ferre non posses.

Si præsidia tuis pericu-
lis fuerint ab exteris quarè-
da, non committe, vt eo-
rùm beneficio potius, quàm
tua virtute, potentiâque tui

XIX.
fœdera
seruanda:

XX:
Cautio-
nes dux
contra
extero-
rum ar-
ma:



1. salui esse possint, aut videantur.

XXI. Est valde cauendum, ne inter aliena vitia, vel auxiliarij milites, vel inimicæ gentes tuorum mala suam putent occasionem: ut noster populus, qui socijs defendendis terrarum iam omnium potitus est, & victor dedit, ac detraxit regibus, atque socijs, quod voluit.

De iure belli.

XXII. Omnino principis est maximè conseruare iura belli, nam cum sint duo genera decertandi, vnum per disceptationem, alteram per vim: quumque illud proprium sit hominis, hoc bellicuarum: confugiendum est ad posterius, si uti non licet superiore.

Quare

Quare suscipienda quidem bella sunt ob eam causam, vt sine iniuria in pace viuatur: parta autem victoria conseruandi sunt ii, qui non crudeles in bello, nec immanes fuerunt. Et cum iis, quos vi deuiceris, consulendum est: rum ii qui armis positus ad imperatorum fidem confugiunt; quamuis murum aries percusserit, recipiendi, in quo tantopere apud nostros iustitia culta est. vt ii, qui ciuitates, aut nationes deuictas bello in fidem recepissent, earum patroni essent, more maiorum. ac belli quidem aequitas sanctissime feciali populi Rom. iure perscripta est. ex quo intelligi potest, nullum bel-

XXIII.

XXIII

lum esse iustum, nisi quod
aut rebus repetitis geratur,
aut denunciatum antè sit,
& indictum.

XXV

Bellum autem ita susci-
piatur, vt nihil aliud, nisi
pax quæ sita videatur. suos

XXVI.

quisque tueri debet. Maio-
res enim nostri mercatori-
bus retentis, vel iniurio-

XXVII:

sus tractatis, bella gesse-
runt. Legati quod erant
appellati superbius, Corin-
thum totius Græciæ lu-
men extinctum esse vo-
luerunt. siquidem existi-
marunt legatos senatus fa-
ciem secum afferre, aucto-
ritatem populi, eorumque
ius, cum hominum præsi-
dio munitum esse, tum
etiam diuino iure valla-
rum.

De euertendis autem di- XXVIII.
ripiendisq̄ue vrbibus, val-
de illud considerādum est,
ne quid temerè, ne quid
crudeliter: nisi fortè in im-
manes, vt in Pœnos & Nu-
mantinos nostri: qui Car-
thaginem & Numantiam
funditùs sustulerunt. nol-
lem Corinthum: sed cre-
do aliquid secutos, oppor-
tunitatem loci maximè, ne
posset aliquando ad bel-
lum faciendum locus ipse
adhortari.

Fides seruanda diligen- Fides
tissimè: hâc autem, qui vio seruada
lat, oppugnat omnium cō-
mune præsidium: & de-
ceptos excitat, vt noua-
rum se necessitudinum fi-
delitate contra veterum
perfidiam muniendos pu-



tent : ipse notatur summa
perfidia & sceleris infamia.

Conclusio.

Princeps tu
tor, &
patro-
nus sub-
ditoru.

Iam verò, cùm videas
hæc omnia, pacem exter-
nam, otium domesticum,
salutem vniuersorum, &
cætera, quæ mortalibus
chara, atque ampla sunt,
in tutelam, atque patroci-
nium tui principatus esse
collata: intellige te in hac
custodia tanquam in spe-
cula collocatum esse, vt va-
cuum omni metu, atque
malo, populum tua vigilia
& prospicientia reddas:
tuum esse pro salute com-
modisque omnium, pro
vniuerso imperio vigilare:
erecto animo, intētis ocu-

Princeps. 133

lis omnes reip. partes in-
tueri : in omnibus rebus,
quas statues, quas decer-
nes, quas ages, quid tantis
hominum opinionibus,
tantis de te iudiciis, tantis
honoribus debeas, cogi-
tare.

FINIS.

I iij







INDEX
CAPITVM.

CAP. I.

DE excellentia principatus, & imperij: causa, atque origine vitæ civilis, iuris, rerump. civitatum, urbium.

Cap. II.

De præstantia regalis imperij: causa, & origine regum, atque legum.

Cap. III.

De difficultate regnandi: fundamentis, & arti-

bus reip. & imperij.

Cap. IV.

De principis officio in genere: quæ is scire, præstare, cogitare debeat.

Cap. V.

De prudentia tenenda in deliberationibus, consilijs, & actionibus.

Cap. VI.

De prudentia tenenda in malis præcauendis: & incidendis motuum principis, medijs, & reliquijs.

Cap. VII.

De cautionibus adhibendis, in varijs motuum, & seditioꝝum causis.

Cap. II X.

De condecencia à prin-
cipe tenenda : & eius octo
administris : quibus felix,
& augustus redditur
princeps , atque principa-
tus.

Cap. I X.

De imperij moderatione:
& rationis Usu principi-
bus conueniente, a barbaris
neglecto.

Cap. X.

De principum moribus:
Vt exemplo nocent , aut
profunt.

Cap. XI.

Vt preparatio necessario-
rum, lenitas, & continen-

tia seruant : negligentia,
acerbitas, & auaritia euer-
tunt imperantem, & im-
perium.

Cap. XII.

De liberalitate conue-
niente principi.

Cap. XIII.

De premiis & pœnis.

Cap. XIII.

De principis prudentia
moderanda temporum, re-
rum, & personarum ra-
tione: & posita de his tri-
bus varia cautiones, at que
regula.

Cap. XV.

De principis annulo, se-
natum, senatoribus, & con-
silio.



Cap. XVI.

De assentatoribus vitā-
dis. Cap. XVII.

De auctoritate retinen-
da: & vitandis prauis
animi affectibus, quibus
hac minuitur.

Cap. XVIII.

Qua ad se, & principa-
tum tuendum, facere, ac
parata habere princeps de-
beat.

Cap. XIX.

De otiosis ad laborem
traducendis: Ut omnes si-
bi sint & statui viles:
inertes, aut turbulēti nulli.

Cap. XX.

De virtutibus, qua ani-

mos principi conciliant : &
Vitiis, quæ alienant.

Cap. XXI.

Principis cura, officia,
studia qualia sint : & in
quibus posita.

Cap. XXII.


Septem, à quibus prin-
cipis, & principatus rui-
na, aut salus proficiscitur,
atque pendet.

Cap. XXIII.

Præsidia quatuor, qui-
bus princeps se, & prin-
cipatum firmare debet.

Cap. XXIV.


De prudentia in exter-
nis, & erga externos cau-
tiones XXVIII.





id,
in
in-
vi-
ur,
ci-
er-
is-











xrite

colorchecker CLASSIC



2
CICERONIS
PRINCEPS,

RATIONES, ET
CONSILIA BENE
gerendi, firmandiq; imperij;
ex ijs repetita, quæ ex Cice-
ronianis defluxere fontibus,
in libros XVI. de Statu re-
rum Rom.: qui nondum lu-
cem acceperunt.



PARISIIS,
Apud CAROLVM CHAPPELAIN,
via Amygdalina sub signo
Beatæ Mariæ.

CIO. 100 IIX.

